Rit. 55738 PP-641

BIBLIOTECA FRANCISCO PINO

R.P. 653

HOMERI ODYSSEA,

BATRACHOMYOMACHIA,

Hymni, & Epigrammata

GRÆCE & LATINE.

GRÆCA

Ad principem H. Stephani, ut & ad primam omnium Demetrii Chalcondylæ editionem atque insuper ad cod. mſs. ſunt excuſſa.

EX LATINIS EDITIS

Selecta ſunt optima, verum ita interpolata, ut nova plane verſio videri poſſit.

Curante

STEPHANO BERGLERO, TRANSYLVANO.



PATAVII, Typis Seminarii. MDCCLXXVII.
Apud Joannem Manfrè.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

HOMERI ODYSSEA,

BATRACHOMYOMACHIA,

Hymni, & Epigrammata

GRÆCE & LATINE.



STEFANUS BERGLERUS

Tranſylvanus Coronenſis,

LECTORI S.



Gimus in Præfatione, quam priori hujus operis volumini præfiximus, de hujus editionis noſtræ ratione, quæque ad illam ſpectant. Reſtant hic exigenda quæ ibidem promiſimus de *Homero* ipſo, *reliquiſque ejuſdem poematibus* præter Iliadem & Odyſſeam. De *Homero* quidem ita diſſeremus, ut quaſi aliud agentes de *Patria* ejus, de *cæcitate*, de *ætate* qua vixerit, probabiliter, imo indubitate, pauca dicamus; nam cætera unde haurienda ſint indicabimus etiam.

Novam hanc editionem a laudibus & præſtantia Poetæ commendare non alienum erat, aut editoribus quorumvis Scriptorum minus uſitatum; nobis tamen parum verborum in laudandum Homerum impendere conſtitutum eſt; nam quod ipſe in Apollinem canit:

Πῶς γάρ σ' ὑμνήσω πάντως δύμνιον ἐόντα;

id prorſus in hac re mihi etiam uſu venit; nam & major eſt Homerus noſtra laudatione, & Eruditi homines pridem hanc materiam certatim occupavere: quos &, quibus libitum eſt, adibunt. Nos ergo paucis dicamus, quod vix ita dictum ſit prius, *Homerum ſeipſum laudantem* oſtendamus. neque id invidiæ ei fore credimus; nam illis demum turpe eſt ſeipſos laudare, qui majora vero de ſe prædicare poſſunt: imo erit hoc niſi fallor laudum omnium κορυφὴν δρέπειν, ſi eum, qui omnium recte ſentientium judicio eſt incomparabilis, confitentem habeamus, ſe non erubeſcere ad quantalibet præconia, quaſi conſcium alii cuidam illa magis convenire. In Odyſſeæ Θ. id eum facere maxime ajo, & per *Demodocum* apud Phæacas non niſi Homerum intelligendum. hoc inde quis credat, quia quoſcunque verſus in Alcinoi convivio ille decantat, iſte fecit; quem ergo niſi ſeipſum laudat, quando ſub Ulyſſis perſo-

na Muſicum hoc pacto, niſi mea verſione laudes illas detero, alloquitur, verſu 487.

Laudo Demodocum te præ mortalibus unum:
Aut Jove nata docet te Muſa, aut pulcher Apollo,
Qui tam vite canas Græcorum triſtia fata:
Quanta tulitque & quanta aliis gens fecit Achivum,
Ipſe quaſi adfueris, tuque hauſeris auribus ipſe.

Nonne legentibus noſtrum Trojani belli Scriptorem, talis ipſemet videtur omnibus? Porro ajunt Homerum *cæcum* fuiſſe: id aut revera ita fuit; adeoque cęcum finxit Demodocum in illo convivio: aut id propterea maxime crediderunt plerique, quia putarent Homerum ſignificari per Demodocum; nam verſu 62. hæc legas, quantum ea Latinis verbis exprimere potui:

Advenit adducens optatum præco Poetam,
Quem dilexit & auxit Muſa boniſque maliſque;
Namque oculis capto conceſſit amabile carmen.

De Homeri autem *cæcitate* dubitare, id quidem nimis ſcrupuloſum videtur; nam ut alios cum Herodoto vitæ Homeri, uti credunt, Scriptore, taceam, ipſemet iterum de ſe, neque jam perſonatus indicio eſt, quando Hymno in Apollinem verſu 165. Deliades ita compellat: (ſi meis verbis rem ſatis aſſequor.)

Eſte ſalutatæ, memores noſtri eſte Puellæ
Vos ſimul omnes: atque virum ſi terrigenarum
Forte quis adventans laſſus de me roget hoſpes:
Quis Vatum vobis, quo non ſit ſuavior alter
Hic obverſatur, delectans carmine ſolus?
Tum vos ne pigeat cunctas uno ore fateri:
Cæcus homo, civemque Chii ſe fert petricoſæ.

Ubi etiam videmus de *Patria* Homeri, quæ tam πεμμάχητος olim fuit, mentionem factam. Hunc autem Hymnum nemo mihi ſuſpectum reddat, niſi qui crediderit ſuam apud quenquam Thucydidis auctoritate plus valituram, qui ſcriptor ab vanitate alieniſſimus, nec ab Homeri ætate ita nimis remotus, Deliis aſſerturus antiquiſſimam quandam Solemnitatem, hunc Hymnum adducit, tribuitque Homero: ὀνλοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος, inquiens, ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖσδε ἃ ἔσιν ἐκ προοιμίου Ἀπόλλωνος· verſibuſque inde ſubjectis, hæc addit quæ maxime huc faciunt: ἐτελεύτα τε ἐπαινῶν εἰς ἕδε τὸν ὕμνον, ἐν οἷς καὶ ἑαυτοῦ ἐπεμνήσθη, & refert, quos modo citaveramus verſus: ita tamen, ut nonnihil variantiæ deprehendatur ab Homeri hodiernis editionibus, v. g. ibi eſt:

Ἀλλ' ἄγεθ' ἵλητοι μὲν Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξύν,
Χαίρετε δ' ὑμῖν πᾶσαι -----

nos autem cum H. Stephano edidimus ita :

Ἀλλ' ἄγε δὴ λιτῶ (melius λητοῖ) μὲν Ἄπολλόν τ' Ἀρτέμιδι ξυὶ,
Χαίρετε δ' ὑμεῖς πᾶσαι.

Sed mihi neutra lectio placet præ mea conjectura ; legendum & distinguendum crederem :

Ἀλλ' ἄγεθ' ἵλητι μὲν Ἄπολλόν τ' Ἀρτέμιδι ξύν.

& quæ sequuntur ad Deliades dirigenda : quid prætetea sit differentiæ cognoscs maxime ex accuratissima editione Thucydidis Anglicana . Atque nobis hoc pacto Homerus seipsum laudaverit . Universim hoc dicimus : quotiescunque Deorum aut Heroum consilia & facta præclara prædicat, seipsum admirabilem facit talium auctorem atque effictorem , uti non uno loco ostendit optimus *Eustathius*. Iterum dico , qui ad Homeri commendationem pertinentia requirit plura, alios ut consulat , in primis Reverendi & Cl. Viri *Joh. Alb. Fabricii Bibliothecam Græcam* , ubi nihil non inveniet , quod ad historiam Homeri faciat, & alicubi de Encomiastis Homeri tractatum . Sed quia sunt , ibidemque alio capite libri , non pauciores recensentur etiam Reprehensores Homeri , quos forte multi hoc tempore citius audient quam Encomiastas : e re quidem erat illis ut par est hic pluribus responderi ; sed cum nec facultas mea, nec temporis nec loci spatium huic Præfationi destinatum id permittat, utcumque pauca, saltem de Observationibus quibusdam in Poemata Homeri & Virgili Gallice primum scriptis , postea elegantissime in Latinum sermonem translatis, notabo . Auctor comparat Poetas illos , & examinat quasi normam adhibens præcepta Poetices Aristotelis . Sed mirum . p. 11. omnia summa tribuit Homero ; p. autem 70. reliquo Poetarum gregi similem fore ait , demtis epithetis . Mox p. 12. affert definitionem Epopœiæ & Tragœdiæ , nec totam , ex Arist. Poet. c. 6. aitque has inter se differre , quod Tragœdia imitetur per Repræsentationem s. ὄψιν ; Epopœia per Narrationem : de Tragœdia absurdum est ; quia necessario etiam per Narrationem, utī videbis ex A. Poet. c. 1. & c. 24. , nec non c. 26. Imo Repræsentatio omni prorsus caret arte , minimeque est proprium Poeticæ facultatis , sed habet suos artifices , quos σκηνοποιοὺς vocant . Vid. A. P. c. 6. item 14. Sed hæc leviora sunto : & forte studio adferre omnia noluit . Jam p. 13. ex

A. P. cap. 6. refert partes Carminis Epici, quæ ſunt: μῦθος, ἦθη, λέξις, διάνοια. per has ſingulas examinat Poetas iſtos. Primo itaque ut præcipit & præit Ariſtoteles cap. 17. exponit μῦθον ſive Fabulam nudam ſine mentione certæ perſonæ, & ſine digreſſionibus, Iliados & Æneidos: poſtea eas comparat inter ſeſe, præferendo Æneidos fabulam fabulæ Iliados; quod Achillis actio (cujus ira argumentum Poemati) pernicioſa ſit patriæ, Æneæ autem ſalutaris. Atqui talem eam finxit Homerus cum ratione; imitationum enim ſive fictionum Poeticarum finis eſt non tantum Felicitas, verum etiam Calamitas ſive Miſeria, ut docet Ariſt. P. cap. 6. Itaque ſi Auctor Odyſſeæ Fabulam, (quam expoſuit Ariſt. cap. 17.) cum Fabula Æneidos contuliſſet, feciſſet rectius; nam ibi æque Ulyſſis actio ſuis & ſibi eſt ſalutaris: nec ulla parte deterior iſte eſt illo; dubitanti fidem faciet ipſe apud Ovidium in Metam. Lib. XIII. Itaque quæ deinceps in Iliade & Perſona Achillis deſiderat, ex Odyſſea ſolves facile; ubi illæ Æneam laudarit, tu Ulyſſem contra. Voluiſſe autem Homerum altero Poemate Calamitates hominum, altero Felicitatem, quæ oriuntur ex factorum qualitate, effingere, melius viderat etiam Horatius, ex cujus mente

Fabula quæ Paridis propter narratur amorem,
Græcia Barbariæ lento colliſa duello,
Stultorum Regum & populorum continet æſtus.

& paulo poſt:

Quicquid delirant Reges plectuntur Achivi.

Idem alibi de ſuis ſtudiis puerilibus (quæ hodie exemplo eſſe debebant) loquens, ejuſdem Iliados argumentum complectitur:

Romæ nutrivi mihi contigit atque doceri
Iratus quantum Graiis nociuiſſet Achilles.

Et Euſtathius p. 5. Scopus, inquit, eſt Homero, ut ipſe in principio ponit, indicare, quot mala durante Achillis ira paſſi eſſent tam Græci quam Trojani. vid. & Auctorem p. 34. Horatius etiam Odyſſeæ ſummam indicat:

Rurſus quid virtus & quid ſapientia poſſit,
Utile propoſuit nobis exemplar Ulyſſem.

Sed lege quæſo totam illam epiſtolam, ubi ait Homerum melius docuiſſe quid ſit officium & virtus, quid non, quam Philoſophi quidam doceant.

Pag. 15. & 16. ait Auctor, perfectiorem habere finem Æneæ actionem quam Achillis; quod ſecus eſt, ſi recte po-

poſuimus ſcopum Iliados. debuit ergo hic etiam contulſſe Odyſſeam. Imo nec eſt adhuc res confecta in Æneide; nm reſtant adhuc pacis conciliatio, & nuptiæ Laviniæ; ἀνὰ γὰρ ἀναγκαίης ἰσχυρὰς συμβάσιες ἰσχυρὰς δὲ ἐθέλεσι συμμένειν, uti inquit Herod. illa autem in parte Odyſſea manca non eſt; at hoc deeſſe Æneidi recte vidit Maphæus Vegius, qui rectius dicetur ſupplementum Æneidos ſcripſiſſe, quam Iliados Coluthus & Tryphiodorus, quos auctor commemorat; cauſam cognoſces ex notatis ad p. 34.

Rectiſſime p. 19. ſentit Homero animum non fuiſſe effingendi in Heroe ſuo Achille ideam Principis perfecti; quid ergo efficit in ſequentibus, quando non uno loco docet Achille potiorem eſſe Æneam; niſi ut probet Virgilium potuiſſe effingere Principem illo Principe perfectiorem, quem Homerus non ſtuduerit perfectum ſiſtere?

Pag. 23. vitio vertit Poetæ id, quod Horatius aliis etiam imitandum proponit:

----- *honoratum ſi forte reponis Achillem* (eſto ille)
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
Jura neget ſibi nata, nihil non arroget armis.

Vid. not. ad p. 41.

Non ob ereptam ancillam, ut ait auctor p. 24. iratus lamentatur Achilles; ſed quia hoc erat ſignum contemtus: nam ὁ ἀπιμάζων ὀλιγωρεῖ, inquit Ariſtoteles II. Rhet. cap. 2., τὸ γὰρ μηδενὸς ἄξιον ἀδεμίας ἔχει πρὸς ὅτε κακὰ ὅτε ἀγαθά· διὸ λέγει ὀργιζόμενος ὁ Ἀχιλλεύς,

Ἠτίμησεν· ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας αὐτὸς ἀπούρας (Iliad. α. 326.)
----- ὡσεί τιν' ἄτιμον μετανάστην. (Iliad. ι. 644.)

ὡς διὰ ταῦτα ὀργιζόμενος. Vid. ejuſdem Polit. Lib. III. cap. 2. utrobique invenies, judice Philoſopho, Achillem indigne ferre læſam majeſtatem.

Quod p. 34. ait, quia Homerus ab Horatio vocetur Trojani belli Scriptor, hunc judicaſſe in Iliade eſſe actionem principalem Bellum Trojanum, id quam verum ſit oſtendi notatis ad p. 13.; ſed vocat eum Horatius ita, reſpiciens utrumque Poema, quo reſpectu hoc vocabulum ei competit; nam quod in Iliade ad eam rem deeſt, Odyſſea habet in digreſſionibus, adeoque facile, volenti facere juſtam Ἰλίου ἄλωσιν ſive πέρσιν, quæ convenient ex Odyſſea in Iliadem transferre. Ob hoc factum Ariſt. cap. 23. Homerum θεσπέσιον vocat, τῷ μηδὲ τὸν πόλεμον, καίπερ ἔχοντα ἀρχὴν καὶ τέλος ἐπιχειρῆσαι ποιεῖν ὅλον, λίαν γὰρ ἂν μέγας καὶ οὐ συνοπτὸς (vid. cap. 7.) ἔμελλεν ἔσεσθαι ----- mox addit: Τοι-

γαρὲν ἐκ μὲν Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας μίαν Τραγῳδίαν ποιῆται.

Jam p. 36. culpat, quod Odyſſea inchoetur per peregrinationes Telemachi, finiatur autem cum Ulyſſis erroribus; ſed omnes vident primum ibi Deos deliberare quo pacto Ulyſſes ex Calypſus inſula redeat: mittetur itaque Mercurius cum mandatis ad Calypſo, ut hæc illum dimittat. ſed prius viſum eſt Minervæ, i. e. Sapientiæ Homericæ, Telemachum ad quærendum Patrem mittere; cauſam non ſemel hoc verſu indicat: ἵνα οἱ ἔτι μᾶλλον κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἔχηται. nimirum egregiam pietatis laudem reportabit, ſi eum non pigeat Patris cauſa tot adire labores. imo neceſſariam reddit Poeta Telemachi peregrinationem; nam & Procorum luxurioſa opibuſque Ulyſſis pernicioſa turba, jam impatientes moræ erant, negabantque ſe deſſituros περὶ γ' ὡτίλῳ γήμασθαι, qui etiam jure quodam cogere eam poterant, detecta fallaci textura: & Telemachus jam exceſſerat ex ephebis, qui terminus expectationis ab ipſo Ulyſſe olim valedicenti Penelopæ erat præſcriptus: & pater Icarius inſtabat. Telemachus itaque indignum ratus opes magis dilaniari ſi maneant Proci, indignius autem ſi Patre vivo & mox forte redituro, mater alii nubat; quid magis optet quam ſcire an is vivat? itaque quærendum ſtatuit, ut ni vivum inveniat, mater jam faciat quod velit; cognito autem illum in vivis eſſe, aut etiam ſorte invento Patre, injurias ſi pote ulciſcatur. Jam itaque patebit quam inanis ſit illorum curioſitas, qui ajunt, quia Telemachi profectio nihil conferat ad inventionem Patris, omne illud Epiſodion minus opportunum eſſe, quod non χθὲς καὶ πρώην tantum Benius quidam, ut putat Auctor, ſed olim etiam alii, obſervante Euſtathio, reprehenderunt. Nonne, ſi in eo vertitur cardo, Filio Patrem offerre alicubi penes Homerum erat, qui antea tam prope a Patria delatum, ut jam ignes ibi cernerent, ſoluto uno utre venti, in errores infinitos eum potuerat conjicere? nempe maluit περιπετείας & ἀναγνωρίσεις ſectari, quæ maxima pars ſunt Epopœiæ & Tragœdiæ. vid. Ar. Poet. cap. 11. & 16. nec non 24. Imo Telemachus plane eſt aſſecutus finem ſuæ navigationis, qui quod volebat ex Agamemnone diſcit, non tantum quod ſuperſit Pater, ſed & ubi ſit. Nec hoc animadvertunt, quorſum tendat Poeta, qui tam difficilem cauſam adhuc defendendam habet: quo nempe jure florem juventutis & nobilitatis, plus centum Procos, per Ulyſſem curet interficiendos; itaque quam poteſt ſceleratiſſimos illos facit,

facit, ut merito luant: hinc etiam vitæ Telemachi insidiantur, subministrante illis Poeta occasionem ista Profectione in mari, quia domi in oculis omnium minus tutum erat. Jam quærerem, an apud Virgilium, quem Auctor prorsus ἀπεγκλητον habet, magis necessarium sit Episodion illa Didonis Tragœdia, isto Itinere; sed mihi de Virgilio aliquid gravius religio est dicere, Cujus sacra colo ingenti perculsus amore. interim tamen ἀμφὶν ὅπιν φίλοιν ὅσον προτιμᾶν τὼ ἀληθεια.

Quod autem p. 41. & seq. ait, Homerum nimis studere ut Admirabilia videantur, quæ dicat: probatque inde, quia sæpe θεὸς ἀπὸ μηχανῆς introducat; ibi finem τῆς μηχανῆς non videtur satis intellexisse qui sit. Is non est, ut admiratio excitetur, quod Auctor statuit etiam p. 43. & 44.; sed machina adhibetur tunc, quando Poeta admirabilia fectando, rem eo deduxit, ut humana ope expediri nequeat: hic jam animi suspensi sunt, & mirantur, & stupent, cum exitus rationem penetrare nequeant, qui tamen certo futurus est; ut igitur desinant mirari, Deus intervenit, qui nodum facile solvit, δυνατὰ γὰρ ἅπαντα, ut est apud Homerum Od. ε. δ. 237. sæpe etiam Dii interfunt ut prænuncient futura, quod itidem fit sine admiratione sæpissime, ἅπαντα γὰρ ἀποδίδουεν τοῖς θεοῖς εἰδῶν, ut inquit Phil. in Poet. cap. 15. Cum itaque sciamus talia Diis esse facilia, non miramur; nam θαυμάζεται τὸ ἄπορα. ὁ δ' ἀπορῶν καὶ θαυμάζων, εἴστα ἀγνοῶν, teste eodem Philosopho. Præcipua causa cur Deos introducant, est, quia videbant humanæ societati prodesse, si credant esse Deos, & curare humana; partim propter occulta scelera, maxime impotentiorum, partim propter aperta, etiam potentiorum:

Si genus humanum & mortalia temnitis arma;
At sperate Deos memores fandi atque nefandi.

Itaque illi non tantum adversus Numen Divinum impii sunt, sed & societati civili nocent, qui nos jubent Religionibus, atque minis obsistere vatum. sed ad Auctorem redeamus: Is cum laudet in Virgilio, quod Verosimilibus gaudeat, videtur in Homero, quem Virgilio opponit, reprehendere voluisse, quod ibi sint nimis multa Non Verosimilia, Majora vero, Impossibilia, & quæ videantur Imperfuadibilia, quæ jam per accidens fiunt Admirabilia. Ista autem nec Virgilius ipse ulla ratione sibi eripi pateretur, nam constat utrumque Poetam eandem pene materiam & incredibilem sæpissime tractare, Cyclopes, Scyl-

Scyllas, Circes, & alia. & talis est materia Poetarum, qui ψαλδὸν λέγουσιν ὡς δεῖ, ut est in Poet. cap. 24. ubi dicit Philosophus ab Homero cæteros omnes id edoctos: hinc etiam Hesiodus fatetur: Ἴδμεν ψάλδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα· hinc proverbium apud Arist. πολλὰ ψάλδοντα ἀοιδοί. Itaque Poetæ parva extollunt, sive ut Virgilius loquitur *verbis vincunt & exiguis rebus hinc addunt honorem:* notum est quod idem canit: *Admiranda tibi levium spectacula rerum:* & Aristoteles imitandos Pictores Poetæ præcipit, καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἀποδιδόντες τὸ οἰκεῖον μορφοῦσι, ὁμοίως ποιοῦντες καλλίους γλάφυσιν· οὕτω καὶ τὸν ποιητὴν μιμούμενον καὶ ὀργίλους καὶ ῥᾳθύμους καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα ἔχοντας ἐπὶ τῷ ἤθει ποιεῖν, ἐπιεικάς ποιεῖν παράδειγμα, ὃ σκληρότητος δεῖ. οἷον τὸν Ἀχιλέα Ἀγάθων (ἀγαθὸς ποιητὴς καὶ πιθανὸς τοῖς φίλοις inquit Bacchus in Ranis Comici) καὶ Ὅμηρος (videbis alicubi quod Aristoteles hic laudat, auctorem nostrum reprehendere) hæc sunt Capite 14. Poetices. vid. etiam cap. penult. item cap. 2. hinc Horatius:

------ *Pictoribus atque Poetis &c.*

Hinc excusabilior est Poeta is, qui rem impossibilem vult efficere verosimilem & persuadibilem, illo, qui possibilem & credibilem non potuit verosimilem reddere, uti Philosophus monet Cap. penultimo. vid. etiam cap. 24. & cognosces hic etiam Auctorem in Homero reprehendere, in Virgilio autem laudare, quod Aristoteles (quem noster auctorem se habere profitetur) in aliis reprehendit, in Homero autem laudat. Ita etiam cum ipsemet fateatur p. 34. *Horatium esse magnum in hac arte arbitrum*, hujus præceptis & sententiis de Homero ubique fere in contrarium abutitur, uti notavi ad p. 23. & uti experietur qui lecta saltem p. 112. evolverit Horatium. uno verbo, Horatius laudat ubique Homerum, quod is *nil molitur inepte*; noster contra semel professus se Horatii judicium probare, Homerum carpendo sibi ipsi contradicit. Adeo ut ego verear ne Auctor noster sapientior fuerit, atque nos putaveramus, qui πὶν ἵππους λόγον ἀρίθμει ita laudaverit Virgilium, quamvis merito ab aliis laudatum, ut Polycrates quidam, aut isto sapientior, Isocrates illaudatum illum Busiridem. sed serviamus priori Hypothesi, & ad rem redeamus. Ego vero jam etiam alteram causam mihi videor deprehendisse: nam una est allegoriæ ratio, cur Homerus de Diis plerumque humiliter & ridicule loquatur, quasi obnoxii essent impotentiis humanis: nempe sciebat homi-

nes

nes omnia maxima Diis attribuere ; quomodo ergo majora diceret? itaque ἀγελοκάκως. Ista oppones iis, quæ p. 60. & alibi auctor dicit.

Pag. 44. dicit Telemachum per universam Græciam quæsiviſſe patrem ; qui tantum in Pylum , Pheras , & Lacedæmonem , Peloponneſi urbes pervenerat, in quarum poſtrema etiam inaudivit de Patre , ut conſtat ex Odyſ. γ. & δ.

Pag. 51. & 52. Mores , & p. 57. Sententias utriuſque Poetæ ſpectat. quæ ſine dubio idem eſſe putavit , quod ἤθη & διάνοιαι ſunt in A. P. cap. 6. ἦθος quidem eſt idem quod Mores, uti patet ex loco jam citato, & ex cap. 15. ſed quod ait διάνοιαν , quam Sententias vocat , nihil aliud eſſe quam expreſſiones morum , in eo jam ab Ariſtotele longe abit ; nam hic per ἤθη intelligit quod Auctor ſimul Mores & Sententias vocat ; ipſa autem διάνοια eſt Ariſtoteli, quod in Rhetoricis ipſe vocat πίστεις, λόγους & ἀποδείξεις ῥητορικάς. adeoque de διανοίᾳ tractaturus ad Rhetorica ſua remittit lectorem in Poet. cap. 19. ubi gemina dicit iſtis quæ cap. 6. τρίτον δὲ ἡ διάνοια. τοῦτο δέ ἐστι τὸ λέγειν δυνάσθαι ἃ ἐνδέχεται καὶ ἁρμόττοντα· ὅπερ ἐπὶ τῆς λόγου τις πολιτικῆς καὶ ῥητορικῆς ἔργον ἐστί. quod jam de illis Sententiis verum non eſt ; nam, ut & hoc addamus, διάνοιαι non tantum Mores demonſtrat, ſed ὅτι μὲν ὑπὸ τῶν λόγων δεῖ ἀποδεικνύσθαι· μέρη δὲ τούτων τό, τε ἀποδεικνύειν, καὶ τὸ λύειν, καὶ τὰ πάθη παρασκευάζειν c. 19. Hinc oratio ſine διανοίᾳ eſſe non poteſt, quia neceſſe eſt aut ineſſe alicui quid dicat , aut non ineſſe ; ſed non morata eſſe poteſt , ut ipſe ait : ἃ ἔχουσιν ἤθος ἔνια τῆς λόγου· ex auctoris autem mente διάνοια nunquam ſine moribus eſſe poſſet.

Pag. 54. Congreſſum Ulyſſis & Nauſicaes (Odyſſ. ζ.) terminos honeſtatis plane excedere ait . In quo conſiſtat ille exceſſus dicat , & Nauſicaam defendat Plutarchus in illo Libello , ubi docet , quo pacto juventus Poetas utiliter, ut ad philoſophiam rite præparata ab illis tranſeat, legere debeat . Nauſicaa dicit ad Ancillas ſuas , uti nos convertimus.

O utinam talem tribuant mihi fata maritum
Indigenam , aut libeat noſtra huic conſidere terra!

Plutarchus , cum oſtendiſſet primum , quomodo quis Nauſicaes votum non probans , Homerum tamen hæc ſcribentem laudare debeat ; deinde dicit quod, ſi quis recte judicet, neque Puellæ votum non ſit honeſtum & probandum : εἰ

τοῖς

τοῖς λόγοις τὰ ἀνδρὸς τὸ ἦθος ἐνιδεῖν καὶ θαυμάσαι τὴν ἐν πᾶσιν αὐτῷ πολυμηχανίαν, ἔχεται τούτῳ συμπλέκων μῦθον, ἢ πλακτικῷ τινι καὶ ὀρχηστικῷ τῷ πολεμίῳ, ἄξιον ἄγασθαι. Operæ pretium erit cognoscere elegantissimam fictionem, ubi Ulysses post naufragium in Phæacum insulam, quam Thucydides Corcyram putat esse, ejectus opis causa Nausicaæ supplicat. illum locum imitatus est Virgilius lib. 1. Æneidos, ubi Æneas itidem post fœdam maris tempestatem ad oras Lybiæ delatus, cum Venere colloquitur: ibidem Virgilius ante oculos habuit Hymnum Homeri in Venerem, ubi Æneæ Pater cum Venere colloquitur, uti infra ostendemus. sed inspicienti Homeri locum ex Odyss. ζ. patebit, an ibi magis excedatur modus, quam Libro IV. Æneidos, ubi

Speluncam Dido dux & Trojanus eandem
Deveniunt. (solus cum sola.)

Et quando ipsa ait:

Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles. &c.

Sed nos talia neque in Virgilio neque in Homero reprehendemus, si sapimus; nam propterea ille istum imitatus est, quia cernebat hæc recte sese habere. Cur ergo Auctor talia taxaverit nescio; nisi quis dicat forte eum istud fugisse, quod nimirum Poetæ non tantum probas & laudabiles hominum actiones, sed & alteras effingant: μιμεῖνται, inquit Ar. Poet. cap. 2. & alibi, εἰ μιμοῦνται πράττοντας, ἀνάγκη δὲ ἤτοι σπουδαίους ἢ φαύλους εἶναι. Plutarchus etiam in eodem illo Libello quem dixi, hæc tradit: ἡ κακίας ἢ ἀρετῆς σκιαγραφία μιμουμένη τοὺς πράξαντας, ἢ μὴ πεῖσαι τὸν ἀληθείας ἀλιγωροῦσα μίμησις συμφέρει, ὥσπερ ἡ Ὁμήρου, πολλὰ πάνυ τοῖς βαρβαρικοῖς χαρακτῆρι χρωμένου πρὸς τὸ φιλόκαλον ἀρετῆς προσῆκαι, μήτε κακίαν χρησιμεύειν ἀξιῶσαι. Idem ille Plutarchus in alio Libello ubi docet exemplis, in Homero esse omnis sapientiæ humanæ vestigia, etiam causam quandam ejus rei affert; αἰτίαν μὲν γὰρ ἴσως τῷ ποιητῇ πρὸς ταῦτα τὸ φιλόκαλον καὶ τὸ ἦθος διάφορον ὑποθέσθαι· ἐπεὶ καὶ μέγα ἀγαθὸν καθ' ἑαυτὸ ἁπλῶς ἐστι καὶ μουσικὸν ἀκροατικὸν δίκαιον· τὰ δὲ τοῖς κακοῖς ἀναμεμιγμένα πείθει καὶ ἔχει τρόπως καὶ παντοίως διαθέσεις. quæ idem sibi volunt quod versiculus iste, Nicomachæorum Lib. II. Ἔσθλ' ἐμοὶ γὰρ ἔπλου, κακοῖς δὲ πάθεσι. & forte etiam quodammodo Hesiodeum: Τῶν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἱλαρὸν ἔστιν ἑλέσθαι. Si itaque hæc talia voluisset perpendere Auctor, cautius quædam Homero objecisset; nam ex istis omnibus, maxime autem ex capite penultimo Poetices, discimus, qualia reprehendere juste

in

in Poematis debeamus, & qualia ad injuſtas ſive imperitas reprehenſiones calumniatoribus reſpondere. Sed ego Auctorem noſtrum tam rudem fuiſſe credere vix poſſum; verum illam meam opinionem veram eſſe autumo, voluiſſe eum ἐριπόλιμμον, argumentum paradoxum tractare, & invenire aliquem, qui hunc ingenii ludum ſerio refutans riſui materiam præbeat. Hoc ne nobis accidat caveamus: reputemuſque, Auctorem, qui in mala cauſa jocando quædam probabiliter dixit, majorem laudem reportaturum nobis, bonam cauſam etiam recte defendentibus; nam ſi ille in mala hoc potuit, quid non potuiſſet in bona? καὶ γὰρ ἂν βέλτιον τῇ φύσει ἐδυνήσατο καὶ πιθανώτερα, ut ait Ariſtoteles in Rhetoricis. Itaque cur tantillam partem nec plura eorum quæ alicui diſpicere poſſent in illo ſcripto, attigerimus, cauſa præter temporis & loci anguſtiam, uti dixi, hæc eſto. Si Auctor ſerio hoc egit; & nobis alias, ubi operæ pretium videbitur, & fortaſſe cuivis in promtu erit oſtendere, illum nihil fuiſſe minus quam rationum Poeticarum intelligentem. Reſtat tertia promiſſi pars.

Addidimus etiam quæ inveniuntur ἀμφισβητούμενα Homeri Carmina; de quibus nec nos aliquid certi pronunciamus. Solum Hymnum in Apollinem freti Thucydidis auctoritate videmur non temere agnoſcere poſſe. Quod ſi conſtaret Herodotum eſſe genuinum ejus quæ circumfertur *Vitæ Homeri* Scriptorem, verecundius quædam eorum Homero abnegaremus. Nam ille Hiſtoricus non multo minus veritati litare videtur, atque alii de quibus res certa eſt: hoc tantum obſervandum, illum (ſi quid valet Grammaticorum diſtinctio) ſæpiſſime mendacium dicere, rariſſime inutiliter mentiri: utque hinc verum ſeparetur, eum in mendacio dicendo plerunque monere, ſe ita ab aliis accepiſſe; ſi autem nihil moneat, interim tamen res mira videatur, plerumque illum agere de Numine divino, de Fato, de Oraculorum & vaticiniorum certitudine, aliiſque ejuſmodi rebus, unde opinio de Deo hominibus oriri poſſit, in talibus Herodotus ſecurus eſt veritatis, dummodo eam penſet utilitate: hoc factitaſſe quoſdam in Eccleſia utinam mentirer: Summatim apud Herodotum Darius dicit: ἔνθεν ὅσα ψεύδεος λέγεσθαι, λέγεσθω. Sed nos ſaltem propterea illum vitæ Homeri auctorem ſuſpectum habemus, quia Homero tribuit, quæ eo non digna multi judicarunt. Cæterum, ſi diligenter & felicius illius Muſas legiſſem, conarer ex diſſimilitudine orationis & ſtyli oſtendere, Herodotum non

eſſe

esse Vitæ Homeri scriptorem ; nunc pauca & levia observo ; pro Articulis postpositivis Herodotus præpositivos usurpat adhærente incisione , ut Aldus ubique impressit, v. g. In principio Clionis : οἱ κτησαντες τὸν τὸν χῶρον τὸ Θ νυν. mox : τὸ δὲ οἱ ὄνομα εἶναι κατὰ τωὐτὸ, τὸ , καὶ Ἑλλησι λέγεται. Contra in vita Homeri : Θ ωὐτῷ γίνεται ἐκ κοίτης θήλυ τέκνον, ᾧ ὄνομα τίθεται. pro , ut plura semel complectar : καὶ οἱ γίνεται ἐκ κοίτης θήλυ τέκνον, τῷ, ὄνομα τίθεται. ita Vitæ auctor : ᾧ ἐχρῆτο pro τῷ , ἐχρῆτο . οἷς μὲν ὧντο pro τοῖς, μὲν ὦεστο , ita semper ille. Porro in Pronomine composito τωὐτὸ Herodotus mutat α in ω , uti videbas in illo exemplo quod secundo loco posui ; ita , ne multa cumulem, in eadem Clione : σωιέβησαν ἐς τωὐτὸ οἵ τε τῶ Γύγεω σφαπωται, καὶ οἱ λοιποὶ Λυδοί . contra in Hom. Vita : σωιηλθε ἐν τωὐτῷ παιπδαπὰ ἔθνεα . Præterea , literam ε non solum quando est characteristica retinet Herodotus, sed aliis etiam verbis contractis & circumflexis multis inserit , v. g. in Clione circa principium : τὰς μὲν δὴ πλάνας τῆς γυναικὸς ἀποφυγέειν . contra in H. Vita : μὴ δυνᾶσθαι ἀλφυγεῖν ἥ μέσον, ubi etiam Herodotus ἧσσον fuerat dicturus , ut in eadem Clione : μακροτέρης ἐς οἱ γλυφμοὺς τῆς νέης . ut ad Verba redeamus, itidem in Clione : τῷ, δὴ λέγουσι Κορίνθιοι , ὁμολογέουσι δέσφι Λεσβίοι in historia Arionis; contra in H. Vita : σωιομολογᾶσι δέ μοι Κολοφώνιοι . in Thalia : τὰ ωὖν γλιχόμεθα εἰ τε ψελλόμβυκι, καὶ οἱ τῇ ἀληθείᾳ ἀλαχρεάμβυοι . contra in H. Vita : σωφρ σωιὴ πολὴ χρομβύη . Denique , ne longus sim , enclitico εἰ utitur, pro ωὐτῷ Herodotus in Clione : δρέσκε ωρῆγμά τι εἶναι ἐλαιὸ ἢν ὡς δυνατὸ τάχιστα ἐπὶ τὰς Σάρδις, ὅκως πρὶν τοδάτερον ἁλισθῆναι ἢ Λυδῶν δυνάμιν ωὐτὸς καταλαβοι . ὡς δὲ οἱ τωὐτὸ ἔδοξε καὶ ἐπείθε κατὰ τάχος . Contra in H. Vita : ἀκάτιπτ δὲ τῆς ἔπεων ὁδοῦ ωὐτῷ δέξασθαι τὸν ἄνθρωπον . Atque ita , talia & alia plura Herodotus semper fere Jonice effert ; Auctor vero Vitæ Homericæ communiter . sed qui paululum imbutam habebit memoriam Herodotea dictione , ille deprehendet plurima , & ei nunquam Vitæ Homeri scriptor Herodotus videbitur . Denique est aliud quod dubium faciat , uti notarunt alii etiam , quod eo libentius affero , quia ἀτας Homeri inde cognoscetur ; de ea Herodotus & auctor Vitæ Homericæ, parum inter se consentientia scribunt : ille in Euterpe , ubi refert a Pelasgis oraculum Dodonæum consultum , an utendum sit nominibus Deorum ex Ægypto allatis , nam hactenus illa ignorabant , præter commune illud θεοί , ait , a Pelasgis Hellenes

lenes poſtea illa accepiſſe; cumque neſciretur unde Dii eſſent, & an ſempiterni, & quales eſſent, Heſiodum nuper & Homerum primos illa in vulgus protuliſſe; hæc tantum inde citabo: Ἡσίοδον γάρ καὶ Ὅμηρον ἡλικίᾳ τετρακοσίοισε ἔτεσι δοκῶμεν πρεσβυτέρους γενέσθαι, καὶ ὃ πλέον. ἔτοι δὲ εἰσὶ οἱ ποιήσαντες θεογονίαν Ἕλλησι, καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες καὶ τιμάς τε καὶ τέχνας διελόντες καὶ εἴδεα αὐτῶν σημήναντες· οἱ δὲ πρότεροι ποιηταὶ λεγόμενοι τῶν μὲν ἀνδρῶν γενέσθαι, ὕστερον ἐμοὶ δοκέειν ἐγένοντο τούτων· quadringentos annos minimum inter ſe & Homerum eſſe dicit: ſed Vitæ Homeri auctor, multo plus ſexcentis: ἀφ' οὗ δὲ Ὅμηρος ἐγένετο ἕτεά ἐστιν ἑξακόσια εἴκοσι δύο μέχρι τῆς Ξέρξου διαβάσεως. Haberem alia de iſto auctore dicere, ſed nondum ſunt matura. Cum itaque obſcurus quidam & dubiæ fidei Scriptor videri queat; nobis ejus auctoritas Batrachomyomachiam Homero adſcribentis, dubitationem de ea re eximere nondum potuit. Si cui ſatis argumenti videbitur hic etiam diſſimilitudo orationis; his adductus mecum forte ſentiet, paucis licet & ſic temere animadverſis: Batrachom. verſu 40.

Οὐδ' ὅσα πιὸς ποίλιον μερόπων ἀνθρώπων μάχηται
Κεισμαῖντες χύτρας ἀρτύμασι παντοδαποῖσι,

hic occurit μέροπες, quam vocem apud Homerum alias ſubſtantive ſolam pro Hominibus accepram vix invenies; addit ſemper ἄνθρωποι. idem παντοδαπος vix uſquam dixit, ſemper illius loco παντοῖος. Porro verſu 45. Batr.

Καὶ πτέρνης λαβόμην, καὶ ἑ πόνος ἵκανεν ἄνδρα,
Νήδυμος ἐκ ἀπέφυγλ' ὕπνος δάκνοντος ἐμεῖο.

In verbo ἔκανω & in caſibus inde formatis, α in Homero longum ſemper me deprehendiſſe memini; in aor. 2. & Fut. 2. verbi φάγω, υ ſemper breve, quod hic contra eſſe vides.

Deinde verſu 263. ---- τοῖσι δ' ἐφθίγξατο φωνῇ. phraſis vix uſitata Homero. Jam v. 14. ἀλίβαντον. v. 61. ἀχερές ἐστι. v. 66. ἔβλεπε. v. 147. ἐπίγη. verſu 157. πίξαντες. v. 175. ἐδέσμασι. v. 173. πορδάσκ. v. 188. σκοπάθλω; iſtæ voces omnes Homeri ætate nondum in uſu fuiſſe videntur; nam cur illis abſtineret, ubi de eadem re dicit? ideo, cum plurimæ ſint in hoc Poematio voces quæ alias apud Poetam non occurrunt, cæteras omittimus, quia forte illis uſurus erat pro re nata.

Deinde verſu 10. eſt: Δῆνον δ' ἐξολόλιξε ----
apud Homerum iſtud verbum quidem occurrit, ſed ſemper, quod ſciam, in rei lætæ ſignificatione, ideo videbis id nobis ſero Jubilare expreſſum, Odyſ. χ.

E 2

Ἐν θεμοῦ γενοῦ χαῖρε κῆ ἴσχεο μηδ' ὀλόλιζε.

Verſu 272. Batrach. Πάλλας, ſine additamento poſuit; ego non memini apud Homerum a Πάλλας unquam abeſſe Ἀθήνη ſive Ἀθηναίη. Verſu penultimo occurrit vox Ἥλιος, qua, notante Euſtathio, non niſi ſemel uſum eſſe Homerum obſervarunt Grammatici, nempe Odyſſ. ϑ. 271. qui ſi Batrachomyomachiam agnoviſſent genuinam, bis fuerant dicturi. Sed ego ne videar nimis ſollicite omnia conquiſiviſſe, etiam quæ in promtu habeo alia, non afferam. unicum tamen, verſu 199. ſatis facete Culices Ranis & Muribus claſſicum tuba canere fingit:

Καὶ τότε κώνωπες μεγάλας σάλπιγγας ἔχοντες
Δεινὸν ἐσάλπιζον πολέμου κτύπον.

hoc quomodo excogitavit? auſim pæne dicere auctorem illum ex Ariſtophanis Nubibus id arripuiſſe; nam ibi petulantiſſimus Comicus Socratem, venerandum ſenem, indigniſſime fingit de illo Culicum bombo, tanquam re ſeria diſputaſſe, ita, ut non alia occaſione facilius quis de attribuenda culicibus tuba cogitare potuerit; verſus iſti ſunt: Diſcipulus Socratis:

Τί δῆτ' ἂν ἕτερα καὶ πύθοιο Σωκράτους
φρόντισμα;

Ruſt. Ποῖον κἀπιβολῶ κάτεπε μοι.

Diſc. Ἀήρεϊ' ὡπὶν Χαιρεφῶν ὁ Σοκρατῶ
Ὁπότερα ϒ γνώμην ἔχει· τὰς ἐμπίδας (culices)
Καβὰ τὸν σόμ' ἄδειν ἢ κατὰ τὰ ῥύγχη;

Ruſt. Τί δῆτ' ἐκεῖνῳ εἶπε περὶ τ' ἐμπίδῳ;

Diſc. Ἔφασκεν ἐκ τοῦ στόματος ϒ ἐμπίδῳ
Στενὸν, ἀγλίττα δ' ὄντος ὠπτῆς, ϒ πυελὶν
Βία βυβλίζειν δ' ἐξὸ τὰ ῥύγχη.

Ruſt. Ἔπειτα κἀλλου πρὸς ταυτὶ προσκέκμηκον
Τὸν πρωκτὸν ἀχεῖν ὅπως βίας τῆς πνεύματος.

Ruſt. Σάκτιγξ ὁ πρωκτὸς ἐστιν ἄρα ἢ ἐμπιδῶν.

quæ, cum aliis ejuſmodi, quantum indignationem de Socrate augent, tantum iracundiam adverſus Ariſtophanem minuunt, quia ſunt excogitata facetiſſime & ingenio feliciſſimo. Etſi itaque vix credamus Poematium hoc eſſe Homeri, nihilominus tamen in hac Editione adjunximus; partim quia talis Poetæ eſt, qui ſub nomine Homeri latere potuit, quod fruſtra forte Chœrilus, aut alius talis ſperavit: partim quia in pleriſque aliis editionibus hodie viſitur.

De Hymnis pleriſque ex dictione nihil certi judicari poſſe

ΟΜΗΡΟΥ
ΟΔΥΣΣΕΙΑ.

HOMERI
ODYSSEA.

Ο ΔΥΣΣΕΙΑΣ ΟΜΗΡΟΥ ΤΗΣ Α ΡΑΨΩΔΙΑΣ

Υπόθεσις.

Θεῶν ἀγορὰ γίνεται περὶ τῶν Ὀδυσσέα εἰς Ἰθάκην πεμφθῆναι ἀπὸ τῆς Καλυψοῦς νήσου· μεθ' ὧν ἡ Ἀθηνᾶ εἰς Ἰθάκην παραγίνεται πρὸς Τηλέμαχον, ὁμοιωθεῖσα Μέντῃ βασιλεῖ Ταφίων. γενομένης δὲ ὁμιλίας, παραινέσασα ἡ Ἀθηνᾶ Τηλεμάχῳ παραγενέσθαι διὰ τὴν τοῦ πατρὸς ζήτησιν, εἰς Πύλον μὲν πρὸς Νέστορα, εἰς Σπάρτην δὲ πρὸς Μενέλαον, ἀπαίρει, ἐμφήνασα δεῦσα ὡς θεὸς εἴη. ἀφ' ὧν μνηστήρων γίνεται ὕβρις.

Ἄλφα, θεῶν ἀγορή, Ὀδυσσηΐδι Παλλάδι θάρσος.

ΑΝΔΡΑ μοι ἔννεπε Μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
Πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε·
Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω.
Πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμόν,
Ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων·
Ἀλλ' οὐδ' ὣς ἑτάρους ἐρρύσατο ἱέμενός περ.
Αὐτῶν γὰρ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο,
Νήπιοι, οἳ κατὰ βοῦς ὑπερίονος ἠελίοιο
Ἤσθιον· αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ.
Τῶν ἁμόθεν γε θεὰ θύγατερ Διὸς εἰπὲ καὶ ἡμῖν.
Ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ὅσοι φύγον αἰπὺν ὄλεθρον,
Οἶκοι ἔσαν, πόλεμόν τε πεφεύγοτες ἠδὲ θάλασσαν·
Τὸν δὲ οἶον νόστου κεχρημένον ἠδὲ γυναικὸς,

Νύμ-

ODYSSEÆ HOMERI PRIMI LIBRI

Argumentum.

DEorum concilium fit de Ulyſſe in Ithacam mittendo a Calypſus Inſula: poſt quod Pallas in Ithacam proficiſcitur ad Telemachum, ſimilis facta Mentæ regi Taphiorum. Facto autem colloquio, Pallas adhortata Telemachum ut proficiſceretur ad patris inquiſitionem, in Pylum quidem ad Neſtorem, in Spartam vero ad Menelaum diſcedit, indicio de ſe quod dea eſſet. & procorum fit convivium.

A, Deorum concio, *ab* Ulyſſea Pallade confidentia.

VIRUM dic mihi Muſa verſutum, qui admodum multum
Jactatus eſt, poſtquam Trojæ ſacram urbem evertit:
Multorumque hominum vidit urbes, & mores cognovit,
Plurimoſque idem in mari paſſus eſt dolores ſuo in animo,
Juxta æſtimans ſuamque vitam & reditum ſociorum:
Sed neque ſic ſervavit ſocios tametſi cupiens.
Sua enim ipſorum inſipientia perierunt,
Stulti, qui boves ſublimis ſolis
Comederunt: ille vero eis abſtulit reditus diem.
Hæc aliqua ex parte dea filia Jovis dic & nobis.
Jam alii quidem omnes quotquot effugerant ſævam mortem,
Domi erant, belloque elapſi atque mari:
Hunc ſolum reditu carentem atque uxore;

Νύμφη πότνι' ἔρυκε Καλυψὼ δῖα θεάων
Ἐν σπέσι γλαφυροῖσι, λιλαιομένη πόσιν εἶναι·
Ἀλλ' ὅτε δὴ ἔτος ἦλθε περιπλομένων ἐνιαυτῶν,
Τῷ οἱ ἐπεκλώσαντο θεοὶ οἰκόνδε νέεσθαι
Εἰς Ἰθάκην, οὐδ' ἔνθα περύγμενος ἦεν ἀέθλων,
Καὶ μετὰ οἷσι φίλοισι. θεοὶ δ' ἐλέήσαν ἅπαντες,
Νόσφι Ποσειδάωνος, ὁ δ' ἀσπερχὲς μενέαινεν
Ἀντιθέῳ Ὀδυσῆι, πάρος ἣν γαῖαν ἱκέσθαι.
Ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας
(Αἰθίοπας τοὶ δίχθα δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,
Οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος)
Ἀντίων ταύρων τε καὶ ἀρνειῶν ἑκατόμβης.
Ἔνθ' ὅγε τέρπετο δαιτὶ παρήμενος· οἱ δὲ δὴ ἄλλοι
Ζώουσ' ἐν μεγάροισιν Ὀλυμπίῳ ἀθρόοι ἦσαν.
Τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε·
Μνήσατο γὰρ κατὰ θυμὸν ἀμύμονος Αἰγίσθοιο,
Τὸν ῥ' Ἀγαμεμνονίδης τηλεκλυτὸς ἔκτανε Ὀρέστης·
Τῶ ὅγ' ἐπιμνησθεὶς, ἔπε' ἀθανάτοισι μετηύδα,
Ὢ πόποι, οἷον δὴ νυ θεὸς βροτοὶ αἰτιόωνται.
Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.
Ὡς καὶ νῦν Αἴγισθος ὑπὲρ μόρον, Ἀτρεΐδαο
Γῆμ' ἄλοχον μνηστῶ, τὸν δ' ἔκτανε νοστήσαντα,
Εἰδὼς αἰπὺ ὄλεθρον· ἐπεὶ πρό οἱ εἴπομεν ἡμεῖς,
Ἑρμείαν πέμψαντες εὐσκοπον Ἀργεϊφόντην,
Μήτ' ἄνδρ' κτείνειν, μήτε μνᾶσθαι ἀκοίτην·
Ἐκ γὰρ Ὀρέσταο τίσις ἔσσεται Ἀτρεΐδαο,
Ὁππότ' ἂν ἡβήσῃ τε καὶ ἧς ἱμείρεται αἴης.
Ὣς ἔφαθ' Ἑρμείας· ἀλλ' οὐ φρενὰς Αἰγίσθοιο
Πεῖθ' ἀγαθὰ φρονέων· νῦν δ' ἁθρόα πάντ' ἀπέπεσε.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων,
Καὶ λίην κεῖνός γε ἐοικότ' κεῖται ὀλέθρῳ·
Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.
Ἀλλά μοι ἀμφ' Ὀδυσῆι δαΐφρονι δαίεται ἦτορ
Δυσμόρῳ, ὃς δὴ δηθὰ φίλων ἄπο πήματα πάσχει,
Νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ, ὅθι τ' ὀμφαλός ἐστι θαλάσσης,
Νῆσος δενδρήεσσα· θεὰ δ' ἐν δώμασι ναίει
Ἄτλαντος δυσαπτὸρ ὀλοόφρονος, ὅστε θαλάσσης

Πά-

Nympha veneranda detinebat Calypſo diva Dearum
In ſpecubus cavis, cupiens maritum eſſe:
Sed quando tempus venit volventibus annis,
Quo ei deſtinarunt dii domum redire
In Ithacam, neque tum eluctatus erat e laboribus,
Etiam inter ſuos amicos. dii vero miſerabantur omnes,
Præter Neptunum: qui indeſinenter iraſcebatur
Divino Ulyſſi, antequam ſuam in terram veniſſet.
Sed ille quidem Æthiopas acceſſerat longe ſemotos:
(Æthiopas, qui bifariam diviſi ſunt, ultimi hominum,
Alii quidem occidentalis ſolis, alii vero orientalis,)
Adfuturus taurorumque & agnorum ſacrificio.
Hic ille delectabatur convivio aſſidens: at alii jam
Jovis in regia Olympii congregati erant.
His autem ſermones cœpit pater hominumque deorumque.
Recordabatur enim in animo eximii Ægiſthi,
Quem Agamemnonides inclytus occiderat Oreſtes:
Hujus ille recordatus inter immortales orationem habuit.
Papæ, ut ſcilicet deos mortales culpant.
Ex nobis enim ajunt mala eſſe: qui tamen ipſi
Sua inſipientia præter fatum calamitates habent,
Quemadmodum & nunc Ægiſthus præter fatum, Atridæ
Duxit uxorem ſponſam, ipſumque occidit reverſum,
Gnarus gravis exitii, quoniam illi prædiximus nos,
Mercurium mittentes ſpeculatorem Argicidam,
Neque ipſum occide, nec duc *eius* uxorem.
Ex Oreſte enim erit ultio Atridæ,
Poſtquam pubuerit, & ſuam deſiderabit ditionem.
Sic ait Mercurius: ſed non mentem Ægiſthi
Perſuaſit bona meditans: nunc cumulata omnia luit.
Huic reſpondit poſtea dea cæſia Pallas:
O pater noſter Saturnie, ſumme regum,
Et admodum ille quidem decenti jacet morte:
O ſi pereat & alius quicunque talia fecerit.
Verum mihi pro Ulyſſe bellicoſo cruciatur cor
Infelice, qui jam diu procul ab amicis calamitates patitur
Inſula in circumflua, ubi umblicus eſt maris,
Inſula ſylvoſa: dea vero intra domum habitat
Atlantis filia multiſcii, qui maris

Πάσης βενθεα οἶδεν, ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
Μακρὰς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσι·
Τῆ θυγατηρ δύσλιον ὀδυρόμενον κατερύκει·
Αἰεὶ δὲ μαλακοῖσι καὶ αἰμυλίοισι λόγοισι
Θέλγει, ὅπως Γ'θάκης ἐπιλήσεται· αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
Γ'έμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι
Ἦς γαίης, θανέειν ἱμείρεται. ἀλλά νύ σοί περ
Ἐντρέπεται φίλον ἦτορ Ὀλύμπιε. ἄ νύ τ' Ὀδυσσεὺς
Ἀργείων παρὰ νηυσὶ χαρίζετο ἱερὰ ῥέζων
Τροίη ἐν ἀρείη; τί νύ οἱ τόσον ὠδύσαο Ζεύς;
Τίω δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς,
Τέκνον ἐμόν, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;
Πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην;
Ὃς περὶ μὲν νόον ἐστὶ βροτῶν, περὶ δ' ἱρὰ θεοῖσιν
Ἀθανάτοισιν ἔδωκε τοὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν;
Ἀλλὰ Ποσειδάων γαιήοχος ἀσκελὲς αἰεὶ
Κύκλωπος κεχόλωται, ὃν ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν,
Ἀντίθεον Πολύφημον, ὃ κράτος ἐστὶ μέγιστον
Πᾶσι Κυκλώπεσσι· Θόωσα δέ μιν τέκε νύμφη,
Φόρκυος ἠυγάτηρ ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντος,
Ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι Ποσειδάωνι μιγεῖσα.
Ἐκ τοῦ δὴ Ὀδυσῆα Ποσειδάων ἐλοσίχθων
Οὔτι κατακτείνει, πλάζει δ' ἀπὸ πατρίδος αἴης.
Ἀλλ' ἄγεθ', ἡμεῖς οἵδε περιφραζώμεθα πάντες
Νόστον, ὅπως ἔλθῃσι, Ποσειδάων δὲ μεθήσει
Ὀργὴν χόλον. ἀ μὲν γάρ τι δυνήσεται αὐτία πάντων
Ἀθανάτων, ἀέκητι θεῶν ἐριδαινέμεν οἷος.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων,
Εἰ μὲν δὴ νῦν γε φίλον μακάρεσσι θεοῖσι
Νοστῆσαι Ὀδυσῆα δαίφρονα ὅνδε δόμονδε,
Ἑρμείαν μὲν ἔπειτα διάκτορον Ἀργεϊφόντην
Νῆσον ἐς Ὠγυγίην ὀτρύνομεν, ὄφρα τάχιστα
Νύμφῃ ἐυπλοκάμῳ εἴπῃ νημερτέα βουλήν,
Νόστον Ὀδυσσῆος πολυαίφρονος, ὥς κε νέηται.
Αὐτὰρ ἐγὼν Ἰθάκηνδ' ἐσελεύσομαι, ὄφρά οἱ υἱὸν
Μᾶλλον ἐποτρύνω, καί οἱ μενεπτόλεμον ἐν φρεσὶ θείω,
Εἰς ἀγορὴν καλέσαντα καρηκομόωντας Ἀχαιοὺς,
Πᾶσι μνηστῆρσιν ἀπειπέμεν, οἵ τε οἱ αἰεὶ

Omnis profunditates novit, ſuſtinet autem columnas ipſe
Longas, quæ terramque & cælum diſterminant:
Ejus filia infortunatum lugentem detinet:
Semper enim mollibus & dulcibus ſermonibus
Demulcet, ut Ithacæ obliviſcatur: verum Ulyſſes
Cupiens vel fumum exilientem videre
Suæ terræ, mori cupit: neque tibi tandem
Commovetur tuum cor Olympie. nonne Ulyſſes
Argivorum apud naves gratificabatur ſacrificando
Troja in lata? quid illi tantum iraſceris o Jupiter?
Huic reſpondens alloquutus eſt nubium congregator Jupiter,
Mea filia, qualis tibi ſermo excidit ſepto dentium?
Quomodo unquam ego Ulyſſis divini obliviſcerer?
Qui & mente ſupra mortales eſt, & ſupra cæteros ſacra diis
Immortalibus dedit qui cælum latum habitant?
Sed Neptunus terram continens graviſſime ſemper
Ob Cyclopem iraſcitur, quem oculo excæcavit,
Parem deo Polyphemum, cujus robur eſt maximum
Inter omnes Cyclopas: Thooſa autem eum peperit Nympha,
Phorcynis filia maris infructuoſi regis,
In ſpecubus cavis Neptuno mixta.
Ex eo tempore Ulyſſem Neptunus terræ quaſſator
Neutiquam occidit, ſed errabundum arcet a patria terra.
Sed agite, nos ipſi diſpiciamus omnes
Reditum, ut redeat, Neptunus autem omittat
Suam iram. neque enim quicquam poterit contra omnes
Immortales, invitis diis contendere ſolus.
Huic reſpondit deinde dea cæſia Minerva:
O pater noſter Saturnie, ſupreme regnantium,
Si quidem nunc hoc gratum beatis diis,
Redire Ulyſſem prudentem ad ſuam domum,
Mercurium quidem jam internuncium Argicidam
Inſulam in Ogygiam jubeamus ire, ut celerrime
Nymphæ cirratæ edicat certum conſilium,
Reditum Ulyſſis fortis, uti redeat:
Aſt ego in Ithacam proficiſcar, ut ei filium
Magis excitem, & illi robur in præcordiis ponam,
Ut in concionem vocatis comatis Achivis,
Omnibus procis interdicat, qui ei ſemper

Μῆλ' ἀδινὰ σφάζῃσι, καὶ εἰλίποδας ἕλικας βῶς.
Πέμψω δ' ἐς Σπάρτην τε καὶ ἐς Πύλον ἠμαθόεντα,
Νόστον πευσόμενον πατρὸς φίλου, ἤν πυ ἀκούσῃ,
Ἠδ' ἵνα μιν κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἔχῃσιν.
Ὣς ἐφάτ', ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα,
Ἀμβρόσια, χρύσεια, τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν
Ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο·
Εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ,
Βριθὺ, μέγα, στιβαρὸν, τῷ δάμνησι σίχας ἀνδρῶν
Ἡρώων οἷσίν τε κοτέσσεται ὀβριμοπάτρη·
Βῆ δὲ κατ' ἠλύμποιο καρήνων αἰξασα·
Στῆ δ' Ἰθάκης εὐὶ δήμῳ, ἐπὶ προθύροις Ὀδυσῆος,
Οὐδὸς ἔπ' αὐλείης· παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος,
Εἰδομένη ξείνῳ Ταφίων ἡγήτορι Μέντῃ.
Εὗρε δ' ἄρα μνηστῆρας ἀγαυοὺς· οἱ μὲν ἔπειτα
Πεσσοῖσι προπάροιθε θυράων θυμὸν ἔτερπον,
Ἥμενοι εὐ ῥινοῖσι βοῶν ἃς ἔκτανον αὐτοί.
Κήρυκες δ' αὐτοῖσι καὶ ὀτρηροὶ θεράποντες,
Οἱ μὲν ἄρ' οἶνον ἔμισβον ἐὺ κρητῆρσι καὶ ὕδωρ,
Οἱ δ' αὖτε στόγγοισι πολυτρήτοισι τραπέζας
Νίζον, καὶ προπάσαντο, ἰδὲ κρέα πολλὰ δατεῦντο.
Τῶν δὲ πολὺ πρῶτος ἴδε Τηλέμαχος θεοειδὴς·
Ἧστο γὰρ ἐν μνηστῆρσι φίλον κεκμηκότι θυμῷ
Ὀσσόμενος πατέρ' ἐσθλὸν, ἐὶ φρεσὶν, εἴποθεν ἐλθὼν
Μνηστήρων τῶν μὲν σκέδασιν κατὰ δώματα θείη,
Τιμὴν δ' αὐτὸς ἔχοι, καὶ κτήμασιν οἷσιν ἀνάσσοι.
Τὰ φρονέων, μνηστῆρσι μεδήμενος, ἧστο δ' Ἀθήνη·
Βῆ δ' ἰθὺς προθύροιο, νεμεσσήθη δ' ἐνὶ θυμῷ
Ξεῖνον δηθὰ θύρῃσιν ἐφεστάμεν. ἐγγύθι δὲ σὰς
Χεῖρ' ἕλε δεξιτερὴν, καὶ ἑδέξατο χάλκεον ἔγχος·
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Χαῖρε ξεῖνε· παρ' ἄμμι φιλήσεαι, αὖτὰρ ἔπειτα
Δείπνου πασσάμενος μυθήσεαι ὅττευ σε χρή.
Ὣς ἐπὼν ἡγεῖτ', ἡ δ' ἕσπετο Παλλὰς Ἀθήνη·
Οἱ δ' ὅτε δὴ ῥ' ἔνδοσθεν ἔσαν δόμου ὑψηλοῖο,
Ἔγχος μέν ῥ' ἔστησε φέρων πρὸς κίονα μακρὴν,
Δουρὸς ὀκτὼ ἔνδοσθεν ἐϋξέος, ἔνθά περ ἄλλα
Ἔγχεα Ὀδυσῆος πολυσίφρονος ἵστατο πολλά·
Αὐτὼ δ' ἐς θρόνον εἶσεν ἄγων, ὑπὸ λῖτα πεπάσας

Κα-

Pecora plurima mactant, & flexipedes nigras boves.
Mittam autem in Spartam & in Pylum arenosam,
Reditum scisciturum patris cari, si cubi audierit,
Atque ut eum gloria insignis inter homines habeat.
Sic fata, pedibus subligavit pulchra talaria,
Immortalia, aurea, quæ ipsam ferebant tam super mare,
Quam super ingentem terram simul cum flatibus venti:
Sumpsit autem sortem hastam, acuminatam acuto ære,
Gravem, magnam, validam, qua domat acies virorum
Heroum, quibus utique irascitur forti patre nata;
Descendit autem ab olympi verticibus ruens:
Stetitque Ithacæ in populo, ad vestibulum Ulyssis,
In limine aulæ: manu autem tenebat æream hastam,
Similis hospiti Taphiorum duci Mentæ.
Invenit autem procos superbos: qui quidem tum
Calculis ante januam animum oblectabant,
Sedentes in pellibus boum, quos occiderant ipsi.
Præcones autem ipsis & prompti famuli,
Alii quidem vinum miscebant in crateribus & aquam,
Alii rursum spongiis multiforis mensas
Abstergebant, & proponebant, atque carnes multas dividebant.
Hanc vero longe primus vidit Telemachus Deo similis:
Sedebat enim inter procos suo cruciatus corde,
Cernens patrem eximium in mente, si alicunde veniens
Procorum quidem dispersionem per domos faceret,
Honorem autem ipse haberet, & bonis suis imperaret.
Hæc cogitans, procis adsidens, vidit Palladem:
Ivitque recta foras, indignatus est autem animo
Hospitem diu ad januam stare: prope autem adstans
Manum prehendit dextram, & accepit æream hastam:
Et ipsam compellans verbis velocibus allocutus est,
Salve hospes: apud nos amice accipieris, at deinde
Cœna pastus loquere quid tibi opus sit.
Sic fatus præibat, ipsaque sequebatur Pallas Minerva:
Illi vero cum jam intra domum essent excelsam,
Hastam quidem statuit ferens ad columnam longam,
Intra armarium bene politum, ubi utique aliæ
Hastæ Ulyssis fortis stabant multæ:
Ipsam vero in torum collocavit ducens, stragulum substernens

Καλὸν, δαιδάλεον, ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν.
Παρ δ' αὐτὸς κλισμὸν θέτο ποικίλον, ἔκποθεν ἄλλων
Μνηστήρων, μὴ ξεῖνος ἀνιηθεὶς ὀρυμαγδῷ,
Δείπνῳ ἀδήσειεν, ὑπερφιάλοισι μετελθών,
Ἠδ' ἵνα μιν περὶ πατρὸς ἀποιχομένοιο ἔροιτο.
Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
Καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος,
Νίψασθαι· παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν.
Σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα,
Εἴδατα πόλλ' ἐπιθεῖσα, χαριζομένη παρεόντων.
Δαιτρὸς δὲ κρεάων πίνακας παρέθηκεν ἀείρας
Παντοίων, παρὰ δέ σφι πάθη χρύσεια κύπελλα.
Κῆρυξ δ' αὖτοῖσι θαμὰ ἐπιφώσκετο οἰνοχοεύων.
Ἐς δ' ἦλθον μνηστῆρες ἀγλαόωρες· οἱ μὲν ἔπειτα
Ἑξείης ἕζοντο κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε·
Τοῖσι δὲ κήρυκες μὲν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευαν,
Σῖτον δὲ δμῳαὶ παρενήϊσεν ἐν κανέοισιν,
Οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον.
Κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο
Μνηστῆρες, τοῖσιν μὲν ἐνὶ φρεσὶν ἄλλα μεμήλη,
Μολπή τ' ὀρχηστύς τε· (τὰ γάρ τ' ἀνάθήματα δαιτός)
Κῆρυξ δ' ἐν χερσὶ κίθαριν περικαλλέα θῆκε
Φημίῳ, ὅς ῥ' ἤειδε παρὰ μνηστῆσιν ἀνάγκῃ·
Ἧστο δ' ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν.
Αὐτὰρ Τηλέμαχος προσέφη γλαυκῶπιν Ἀθήνην,
Ἄγχι κύων κεφαλὴν, ἵνα μὴ πάθοιεν ἕκαστα,
Ξεῖνε φίλ', εἰ καί μοι νεμεσήσεαι ὅττι κεν εἴπω;
Τοῖσιν μὲν ταῦτα μέλει, κίθαριν καὶ ἀοιδὴν,
Ῥεῖ· ἐπεὶ ἀλλότριον βίοτον νήποινον ἔδουσιν
Ἀνέρος ἔνδ' ἦ πού κε λάχε ὀστέα πύθεται ὄμβρῳ,
Κείμενα ἐπ' ἠπείρου, ἢ εἰν ἁλὶ κῦμα κυλίνδει.
Εἰ κείνόν γ' Ἰθάκῃσδε ἰδοίατο νοστήσαντα,
Πάντες κ' ἀρσαίατ' ἐλαφρότεροι πόδας εἶναι
Ἢ ἀργυρότεροι χρυσοῖό τε ἐσθῆτός τε·
Νῶϊ δ' ὁ μὲν ὣς ἀπόλωλε κακὸν μόρον, ᾧδέ τις ἡμῖν
Θαλπωρὴ, εἰ περ τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
Φησὶν ἐλεύσεσθαι· τῷ δ' ὤλετο νόστιμον ἦμαρ.
Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,

Pulchrum, ingenioſe factum, ſub autem pedibus ſcabellum erat,
Ipſeque ſellam appoſuit variegatam, ſeorſum ab aliis
Procis, ne hoſpes offenſus tumultu,
Convivium faſtidiret, cum ſuperbis converſans,
Atque ut ipſum de patre abſente interrogaret.
Aquam vero ancilla ex gutto infundebat ferens
Pulchro, aureo, ſuper argenteum lebetem,
Ad lavandum: juxta autem politam ſtravit menſam.
Panem vero verecunda proma appoſuit ferens,
Fercula multa addens, largiens de præſentibus.
Coquus autem carnium lances appoſuit tollens
Omnigenarum, ipſis etiam apponebat aurea pocula.
Præco etiam eos ſedulo obibat vinum fundens.
Ingreſſi autem ſunt proci ſuperbi: qui continuo quidem
Ordine ſedebant per ſedilia toroſque:
His vero præcones quidem aquam in manus fundebant,
Panem autem ancillæ acervabant in caniſtris,
Illi autem ad edulia appoſita parata manus porrexerunt.
Pueri vero crateres ad ſummum implerunt potu.
Sed poſtquam potus & eſcæ amorem dimiſerunt
Proci, ipſis quidem alia in mente curæ erant,
Cantus ſaltatioque: (hæc enim ſunt ornamenta convivii)
Præco autem in manus citharam perpulchram poſuit
Phemio, qui ſane canebat inter procos neceſſitate:
Ille tamen fides pulſans præludebat ut ſcite pſalleret.
At Telemachus alloquutus eſt glaucis oculis inſignem Palladem
Prope admovens caput, ut ne audirent alii:
Hoſpes care, num etiam mihi iraſceris *ob id* quod dixero?
His quidem hæc curæ ſunt, cithara & cantus,
Facile: quoniam alienum cibum impune abſumunt
Viri, cujus jam alicubi alba oſſa putreſcunt imbre,
Jacentia in continente, aut in mari fluctus volvit:
Si illum utique in Ithacam viderent reverſum,
Omnes optarent celeriores pedibus eſſe,
Quam ditiores auroque veſteque.
Nunc vero ille ſic periit malo fato, neque ulla nobis
Spes eſt, etiam ſi quis terreſtrium hominum
Dicat rediturum eſſe: ejus enim periit reditionis dies.
Sed age mihi hoc dic & indubitate enarra,

Quis,

Τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;
Ὁππόιης δ' ἐπὶ νηὸς ἀφίκεο; πῶς δέ σε ναῦται
Ἤγαγον εἰς Ἰθάκην; ἅνες ἔμμεναι ὐχετόωνται;
Οὐ μὲν γάρ τί σε πεζὸν ὀίομαι ἐνθάδ' ἱκέσθαι·
Καί μοι τῶτ' ἀγόρευσον ἐτήτυμον, ὄφρ' εὖ εἰδῶ
Ἠὲ νέον μεθέπεις, ἢ ἦ πατρώϊός ἐσσι
Ξείνος· ἐπεὶ πολλοὶ ἴσαν ἀνέρες ἡμέτερον δῶ
Ἄλλοι, ἐπεὶ ἦ καὶ ἐπίστροφος ἴλιν ἀνθρώπων.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Τοιγὰρ ἐγώ τοι τοῦτα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω.
Μέντης Ἀγχιάλοιο δαΐφρονος ὄφρα μιν εἶναι
Τίος, ἀταρ Ταφίοισι φιλήρετμοισιν ἀνάσσω.
Νῦν δ' ὧδε ξὺν νηὶ κατήλυθον ἠδ' ἑτάροισι,
Πλέων ἐπ' οἴνοπα πόντον ἐπ' ἀλλοθρόους ἀνθρώπους,
Εἰς Τεμέσην μετὰ χαλκόν· ἄγω δ' αἴθωνα σίδηρον.
Νηῦς δέ μοι ἥδ' ἕστηκεν ἐπ' ἀγρῷ νόσφι πόληος,
Ἐν λιμένι Ῥείθρῳ ὑπὸ Νηίῳ ὑλήεντι.
Ξεῖνοι δ' ἀλλήλων πατρώϊοι ὀχόμεθ' εἶναι
Εἴξ ἀρχῆς, εἴπερ τε γέροντ' εἴρηαι ἐπελθών
Λαέρτεω ἥρωα· τὸν ἐκέτι φασὶ πόλινδε
Ἔρχεσθ', ἀλλ' ἀπαΐδεσθεν ἐπ' ἀγρῷ πήματα πάσχειν
Γρηῒ σὺν ἀμφιπόλῳ, ἥ οἱ βρῶσίν τε πόσιν τε
Παραθεῖ, ἥτ' ἀν μιν κάματος κατὰ γῦα λάβῃσι,
Ἑρπύζοντ' ἀνὰ γυῖα ἀλωῆς οἰνοπέδοιο.
Νῦν δ' ἦλθον· δὴ γάρ μιν ἔφαντ' ἐπιδήμιον εἶναι
Σὸν πατέρ'· ἀλλά νυ τόν γε θεοὶ βλάπτουσι κελεύθε.
Οὐ γάρ πω τέθνηκεν ἐπὶ χθονὶ δῖος Ὀδυσσεύς,
Ἀλλ' ἔτι που ζωὸς κατερύκεται ἀφρῇ πόντῳ,
Νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ· χαλεποὶ δέ μιν ἄνδρες ἔχουσιν
Ἄγριοι, οἵ πα κεῖνον ἐρυκανόωσ' ἀέκοντα.
Αὐτὰρ νῦν τοι ἐγὼ μαντεύσομαι ὡς ἐνὶ θυμῷ
Θεινομένου ῥαίοιτο πρὸς ἔδεῖ· καδδὲ ἐμὸν κῆρ
Λωφήσειε κακῶν, τά μοι ἀπέδανος πόρεν Οὖτις.
Ὣς εἰπὼν, τὸν κριὸν ἀπὸ ἕο πέμπε θύραζε.
Ἐλθόντες δ' ἠβαιὸν ἀπὸ σπέος τε καὶ αὐλῆς,
Πρῶτος ὑπ' ἀρνειοῦ λυόμην, ὑπέλυσα δ' ἑτάρους.
Καρπαλίμως δὲ τὰ μῆλα τανύποδα πίονα δημῷ
Πολλὰ περιτροπέοντες ἐλαύνομεν, ὄφρ' ἐπὶ νῆα
Γκόμεθ'· ἀσπάσιοι δὲ φίλοις ἑτάροισι φάνημεν,
Οἳ φύγομεν θανάτον. τοὺς δὲ στενάχοντο γοῶντες.
Ἀλλ' ἐγὼ οὐκ εἴων, ἀνὰ δ' ὀφρύσι νεῦον ἑκάστῳ
Κλαίειν· ἀλλ' ἐκέλευσα θοῶς καμπύσσαντας μῆλα
Πόλλ' ἐν νηὶ βαλόντας ἐπιπλεῖν ἁλμυρὸν ὕδωρ.
Οἱ δ' αὖψ' εἰσβαινον, καὶ ἐπὶ κληῖσι κάθιζον.
Ἑξῆς δ' ἐζόμενοι πολιὴν ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς.
Ἀλλ' ὅτε τόσσον ἀπὴν ὅσσον τε γέγωνε βοήσας,
Καὶ τότ' ἐγὼ Κύκλωπα προσηύδων κερτομίοισι,
Κύκλωψ, οὐκ ἄρ' ἔμελλες ἀναλκιδος ἀνδρὸς ἑταίρους
Ἔδμεναι ἐν σπῆϊ γλαφυρῷ κρατερῇφι βίηφι·
Καὶ λίην σέ γε μέλλε κιχήσεσθαι κακὰ ἔργα,

Σχέ-

Fœminæ vero balabant immulctæ per ſtabula.
Ubera enim gravabantur: dominus vero doloribus multis
Afflictus, omnium ovium palpabat terga
Erecte ſtantium. Illud autem ſtultus non animadvertit
Ut illi ſub lanigerarum ovium pectoribus ligati eſſent.
Ultimus aries pecorum exibat foras,
Vellere gravatus, & me aſtuta cogitante.
Hunc contrectans allocutus eſt fortis Polyphemus:
Aries ignave, quid mihi per ſpeluncam exis pecudum
Ultimus? neutiquam antea relictus ibas ab ovibus,
Sed multo primus paſcebaris teneros flores herbæ,
Magnis paſſibus incedens, primus ad fluenta fluviorum pervenis.
Primuſque in ſtabulum cupiebas redire
Veſpertinus: nunc contra omnium ultimus. num tu domini
Oculum deſideras, quem vir malus eliſit,
Cum perniciosis ſociis, poſtquam domuit mentem vino,
Nemo? quem nondum exiſtimarem elapſum eſſe mortem,
Si nempe idem mecum ſentires, vocaliſque fieres,
Ut diceres ubinam ille meum robur vitet:
Profecto ei cerebrum per ſpeluncam huc & illuc
Verberato ſpargeretur ad ſolum: meumque cor
Quieſceret a malis, quæ mihi nihili vir intulit Nemo.
Sic locutus, arietem ab ſe miſit foras.
Profecti autem paululum a ſpeluncaque & corte,
Primus ab ariete ſolvebar, ſolvique & ſocios.
Celeriter autem pecudes rectipedes pingues pinguedine
Multas avertentes abigimus, donec ad navem
Pervenimus: deſiderati autem caris ſociis viſi ſumus,
Qui effugeramus mortem. illos autem gemitibus proſequebantur lugentes.
Sed ego non ſinebam, ſuperciliiſque innuebam ſingulis *ne*
Flerent: ſed juſſi celeriter pulchras velleribus pecudes
Multas navi injicientes navigare ſalſam aquam.
Illi vero ſtatim conſcenderunt, & per tranſtra ſederunt.
Ordine autem ſedentes canum mare verberabant remis.
Sed quando tantum aberant quantum audiri poteſt clamans,
Et tunc ego Cyclopem alloquebar conviciis:
Cyclops, non ergo eras imbellis viri ſocios
Comeſurus in ſpelunca cava valentibus viribus:
Utique te correpturæ erant malæ res,

Im-

Σχέτλι. ἐπεὶ ξείνυς ἐχ ἄζεο σῷ ἐνὶ οἴκῳ
Ε'σθέμεναι· τῷ σε Ζεὺς πόσατο ἠδὲ θεοὶ ἄλλοι·
Ὡς ἐφάμην. ὁ δ' ἔπειτα χολώσατο κηρόθι μᾶλλον.
Ἦκε δ' ἀποῤῥήξας κορυφὴν ὄρεϊ μεγάλοιο.
Καδδ' ἔβαλε προπάροιθε νεὼς κυανοπρώροιο,
Τυτθὸν ἐδδείσεν δ' οἰήϊον ἄκρον ἱκέσθαι.
Ἐκλύσθη δὲ θάλασσα κατερχομένης ὑπὸ πέτρης.
Τὴν δ' αὖτ' ἤπειρόνδε παλιῤῥόθιον φέρε κῦμα
Πλημμυρὶς ἐκ πόντοιο, θέμωσε δὲ χέρσον ἱκέσθαι.
Αὐτὰρ ἐγὼ χείρεσι λαβὼν πεδιμήκεα κοντὸν
Ὥσα παρέξ. ἑτάροισι δ' ἐποτρύνας ἐκέλευσα
Ἐμβαλέειν κώπῃς, ἵν' ὑπ' ἐκ κακότητα φύγωμεν,
Κρατὶ καταινήσαντες. οἱ δὲ προπεσόντες ἔρεσσον.
Ἀλλ' ὅτε δὴ δὶς τόσσον ἅλα πρήσσοντες ἀπῆμεν,
Καὶ τότ' ἐγὼ Κύκλωπα προσηύδων, ἀμφὶ δ' ἑταῖροι
Μαλιχίοις ἐπέεσσιν ἐρήτυον ἄλλοθεν ἄλλος·
Σχέτλιε, πίπτ' ἐθέλεις ἐρεδίζεμεν ἄγριον ἀνδρα,
Ὅς ῥ' νῦν πόντονδε βαλὼν βέλος, ἤγαγε νῆα
Αὖτις ἐς ἤπειρον, ἠδὴ φάμεν αὐτόθ' ὀλέσθαι.
Εἰ δέ τεω φθεγξαμένου τὰ ἢ αὐδήσαντος ἄκουσε,
Σοὶ κεν ἀραῖς ἡμέων κεφαλὰς ῥ' νηΐα δῆρα,
Μαρμάρῳ ἐκρύενται βαλών· τόσσον γάρ ἴησιν.
Ὣς φάσαν. ἀλλ' ἃ πεῖθον ἐμὸν μεγαλήτορα θυμόν,
Ἀλλά μιν ἄφρονα προσέφην κεκοτηότι θυμῷ,
Κύκλωψ, αἴκέν τίς σε κατὰ θνητῶν ἀνθρώπων
Ὀφθαλμῶ ἔρηται ἀεικελίῃ ἀλαωτύι,
Φάσθαι Ὀδυσῆα πτολιπόρθιον ἐξαλαῶσαι,
Τίον Λαέρτεω, Ἰθάκῃ ἐνὶ οἰκί' ἔχοντα.
Ὣς ἐφάμην. ὁ δέ μ' οἰμώξας ἠμείβετο μύθῳ,
Ὢ πόποι, ἦ μάλα δή με παλαίφατα θέσφαθ' ἵκανεν.
Ἔσκε τις ἐνθάδε μάντις ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε,
Τήλεμος Εὐρυμίδης, ὃς μαντοσύνῃ ἐνέκαστο,
Καὶ μαντεύόμενος κατεγήρα Κυκλώπεσσιν.
Ὅς μοι ἔφη πάντα τελεῦσεσθαι ὀπίσσω,
Χειρῶν ἐξ Ὀδυσῆος ἀμαρτήσεσθαι ὀπωπῆς·
Ἀλλ' αἰεί τινα φῶτα μέγαν καὶ καλὸν ἐδέγμην
Ἐνθάδ' ἐλεύσεσθαι, μεγάλῃ ἐπιμοίρῳ ἀλκῇ.
Νῦν δέ μ' ἐὼν ὀλίγος τε καὶ ἀθενὴς καὶ ἄκικυς,
Ὀφθαλμῶ ἀλάωσεν, ἐπεὶ μ' ἐδαμάσσατο οἴνῳ.

Ἀλλ'

Improbe: quandoquidem hoſpites non verebaris tua in domo
Abſumere: ideoque te Jupiter ultus eſt & alii dii.
Sic dicebam. ille autem continuo iraſcebatur ex corde magis.
Miſit autem abruptum verticem montis magni.
Dejecitque ante navem nigram proram habentem,
Paululum autem abſuit clavum extremum quin pertingeret.
Inundavit autem mare decidente ab petra.
Ipſamque ſtatim ad continentem refluus ferebat fluctus
Inundatio ex mari, adegitque prope terram ut veniret.
At ego manibus apprehendens prælongum contum
Detruſi ab *littore*. ſocios autem hortans jubebam
Incumbere remis, ut malum fugeremus,
Capite annuens. qui incumbentes remigabant.
Sed quando bis tantum mare tuſcantes aberamus,
Tunc ego Cyclopem alloquebar, circum autem ſocii
Blandis verbis prohibebant aliunde alius,
Improbe, cur vis irritare agreſtem virum,
Qui etiam nunc in pontum jaciens telum, deduxit navem
Rurſus ad continentem? & ſane exiſtimabamus illic peritu-
ros *nos*.
Si vero ſonantem te aut loquentem audiviſſet,
Confregiſſet noſtra capita & navalia ligna,
Saxo aſpero jaciens: tam enim longe mittit.
Sic dicebant. ſed non perſuaſerunt meo generoſo animo.
Sed ipſum rurſus alloquebar irato animo:
Cyclops, ſi quis te inter mortales homines
Oculi interrogaverit fœdam privationem,
Dic Ulyſſem urbium everſorem privaſſe,
Filium Laertæ, in Ithaca domum habentem.
Sic dicebam. ille autem mihi ejulans reſpondebat ſermone:
Eheu, utique jam mihi priſca vaticinia accidunt.
Erat quidam hic vates vir bonuſque magnuſque,
Telemus Eurymides, qui vaticiniis pollebat,
Et vaticinans conſeneſcebat inter Cyclopas:
Qui mihi dixit hæc omnia perfectum iri in poſterum,
Manibus ex Ulyſſis privatum iri viſu.
Sed ſemper quendam virum ingentem & pulchrum expectabam
Huc venturum eſſe, magna præditum virtute:
Nunc autem me parvus & nihil & imbellis,
Oculo privavit, poſtquam domuit me vino.

Sed

Ἀλλ' ἄγε δὴ σὺ Ὀδυσεῦ, ἵνα περ ξείνια θείω,
Πομπεύσω τ' ὀτρύνω δόμεναι κλυτὸν Ἐννοσίγαιον.
Τὸ γὰρ ἐγὼ πάϊς εἰμὶ, πατὴρ δ' ἐμὸς ὄχεται εἶναι.
Αὐτὸς δ' αὖτ' ἐθέλησιν ἰήσεται, οὐδέ τις ἄλλος
Οὔτε θεῶν μακάρων, οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων.
Ὣς ἔφατ'. αὐτὰρ ἐγὼ μιν ἀμειβόμενος προσέειπον.
Αἴ γὰρ δὴ τυχήσ τε καὶ ὠκύμορόν σε δυναίμην
Εὖνιν ποιήσας πέμψαι δόμον Ἄϊδος εἴσω·
Ὡς οὐκ ὀφθαλμόν γ' ἰήσεται οὐδ' Ἐνοσίχθων.
Ὣς ἐφάμην, ὁ δ' ἔπειτα Ποσειδάωνι ἄνακτι
Εὔχετο χεῖρ' ὀρέγων εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
Κλῦθι Ποσείδαον γαιήοχε κυανοχαῖτα.
Εἰ ἐτεόν γε σός εἰμι, πατὴρ δ' ἐμὸς εὔχεαι εἶναι,
Δός μὴ Ὀδυσῆα πτολιπόρθιον οἶκαδ' ἱκέσθαι
Τῖον Λαέρτεω, Ἰθάκῃ ἔνι οἰκί' ἔχοντα.
Ἀλλ' εἰ οἱ μοῖρ' ἐστὶ φίλους τ' ἰδέειν, καὶ ἱκέσθαι
Οἶκον εὐκτίμενον καὶ ἐὴν ἐς πατρίδα γαῖαν,
Ὀψὲ κακῶς ἔλθοι, ὀλέσας ἀπὸ πάντας ἑταίρους,
Νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης, δῦρι δ' εὑ πήματα οἴκῳ.
Ὣς ἔφατ' ἀχόμενος. τῷ δ' ἔκλυε Κυανοχαίτης.
Αὐτὰρ ὃγ' ἐξαῦτις πολὺ μείζονα λᾶαν ἀείρας,
Ἧκ' ἐπιδινήσας· ἐπέρεισε δὲ ἰῇ ἀπέλεθρον.
Καδδ' ἔβαλεν μεσόπισθε νεὸς κυανοπρῴροιο,
Τυτθὸν ἐδεύησεν δ' οἰήϊον ἄκρον ἱκέσθαι.
Ἐκλύσθη δὲ θάλασσα κατερχομένης ὑπὸ πέτρης.
Τῶ δὲ πρίσω φέρε κῦμα, θέμωσε δὲ χέρσον ἱκέσθαι.
Ἀλλ' ὅτε δὴ τῶ νῆσον ἀφικόμεθ' εὐδὰ περ ἄλλαι
Νῆες ἑταροκτόνοι μεῖναν ἀθρόαι, ἀμφὶ δ' ἑταῖροι
Εἵατ' ὀδυρόμενοι, ἡμέας ποτιδέγμενοι αἰεί,
Νῆα μὲν ἔνθ' ἐλθόντες ἐκέλσαμεν ἐν ψαμάθοισι,
Ἐκ δὲ καὶ αὐτοὶ βῆμεν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης.
Μῆλα δὲ Κύκλωπος γλαφυρῆς ἐκ νηὸς ἑλόντες
Δασσάμεθ', ὡς μή τίς μοι ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης.
Ἀρνειὸν δ' ἐμοὶ οἶῳ ἐϋκνήμιδες ἑταῖροι
Μήλων δαιομένων δόσαν ἔξοχα. τὸν δ' ἐπὶ θινὶ
Ζηνὶ κελαινεφέϊ Κρονίδῃ ὃς πᾶσιν ἀνάσσει,
Ῥέξας, μηρί' ἔκηον. ὁ δ' οὐκ ἐμπάζετο ἱρῶν,
Ἀλλ' ἄρα μερμήριζεν ὅπως ἀπολοίατο πᾶσαι
Νῆες ἑταροκτόνοι, καὶ ἐμοὶ ἐρίηρες ἑταῖροι.

Sed age huc veni Ulyſſes, ut tibi hoſpitalia præbeam,
Reditionemque horter ut det inclytus Neptunus,
Hujus enim ego filius ſum, pater autem meus gloriatur eſſe:
Ipſe autem ſiquidem voluerit ſanabit, neque quiſquam alius
Neque deorum immortalium, neque mortalium hominum.
Sic ait. at ego ipſum excipiens alloquebar:
Utinam enim ſic anima & vita te poſſem
Orbum faciens mittere Plutonis intra *domum*:
Ut oculum non ſanabit vel Neptunus.
Sic dicebam. at ille deinde Neptunum regem
Orabat manus tendens ad cælum conſtellatum:
Audi Neptune terram continens niger cæſarie.
Si revera tuus ſum, patremque te meum profiteris eſſe,
Da ut ne Ulyſſes urbium everſor in patriam veniat
Filius Laertæ, in Ithaca domum habens.
At ſi illi fatale eſt amicoſque videre, & pervenire
Domum ad bene ædificatam & ſuam in patriam terram,
Sero male veniat, poſtquam perdiderit omnes ſocios,
Nave in aliena, inveniatque calamitates domi.
Sic ait precans. eum autem audivit Neptunus.
At ille iterum multo majorem lapidem tollens,
Miſit circumrotans: intendit autem vim immenſam
Dejecitque poſt navim cyaneam roſtro,
Paululum defuit quin gubernaculum ſummum attingeret.
Inundavitque mare delabente ab ſaxo.
Ipſam vero ulterius ferebat fluctus, coegitque ad continentem venire.
Sed quando jam ad inſulam pervenimus, ubi cæteræ
Naves bene tabulatæ ſtabant denſæ, circum autem ſocii
Sedebant lugentes, nos expectantes ſemper,
Navem quidem illuc venientes ſubduximus in arenas,
Ipſique exivimus ad littus maris.
Pecudes autem Cyclopis cava ex navi ſumentes
Diviſimus, ut nullus mihi privatus abiret æquali *portione*.
Arietem autem mihi ſoli fortes ſocii
Dividendis ovibus dederunt præ aliis. eum vero in littore
Jovi, cujus nigræ nubes, Saturnio, qui omnibus imperat,
Sacrificans, femora incendi. ille vero non curabat ſacra,
Sed deliberabat quo pacto perirent omnes
Naves bene tabulatæ, & mihi perdilecti ſocii.

Ὣς φάτο μὲν πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
Ἥμεθα δαινύμενοι κρέα τ' ἄσπετα καὶ μέθυ ἡδύ.
Ἡμῷ δ' ἠέλιος κατέδυ, καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθε,
Καὶ τότ' ἐκοιμήθημεν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης.
Ἠμῷ δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
Δὴ τότ' ἐγὼν ἑτάροισιν ἐποτρύνων ἐκέλευσα
Αὐτούς τ' ἀμβαίνειν, αὐτά τε πρυμνήσια λῦσαι.
Οἱ δ' αἶψ' ἐσβαινον καὶ ἐπὶ κληῖσι κάθιζον.
Ἑζῆς δ' ἐξόμενοι πολιῷ ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς.
Ἔνθεν δὲ προτέρω πλέομεν ἀκαχήμενοι ἦτορ,
Ἄσμενοι ἐκ θανάτοιο, φίλους ὀλέσαντες ἑταίρους.

Ο ΔΥΣΣΕΙΑΣ Ο ΜΗΡΟΥ ΤΗΣ Κ. ΡΑΨΩΔΙΑΣ

Ὑπόθεσις.

ΤΑ περὶ τὸν Αἴολον ἀπαγγέλει τὸν τῶν ἀνέμων φύλακα ὡς ἔδωκεν Ὀδυσσεῖ ἄελλαν Ζέφυρον, τὰς ἄλλας ἀνέμους ἐγκαθέρξας εὐάσκῳ· ὃν οἱ ἑταῖροι λύσαντες, κοιμωμένῳ Ὀδυσσῆος, ἅτε εὐ αὐτῷ χρυσὸν εἶναι νομίζοντες, ὑπονοοῦσι πρὸς Αἴολον. ἐ προσιεμένου δὲ τὰ Αἰόλου τὸν Ὀδυσσέα, ἐκεῖθεν ἀποπλέων, εἰς Λαιστρυγόνας ἀφικνεῖται· παρ' οἷς ἔνδεκα τῶν νεῶν ἀπολέσας, μιᾷ εἰς Αἰαίαν τὴν νῆσον παραγίνεται. καὶ σὺν Εὐρυλόχῳ τὰς ἡμίσεας τῶν ἑταίρων κλήρῳ λαχόντας ἐκπέμπει, πάλσομένους ἄνες οἱ κατοικήσοντες. μεταμορφωθέντων δὲ ἐκείνων εἰς σύας ὑπὸ τῆς Κίρκης, πλὴν Εὐρυλόχου, αὐτὸς ἐπὶ ζήτησιν ἐλθὼν, λαβὼν παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ φάρμακον τὸ μῶλυ, εὐδὲν βλάπτεται. ἀλλὰ καὶ τῶν ἑταίρων τὴν ἀρχαίαν φύσιν λαβόντων, ἐνιαυτὸν παραμένας παρὰ τῇ Κίρκῃ, εἰς ᾅδου κατέρχεται.

Κάππα δ' ἔχ' Αἰόλου, Λαιστρυγόνων, καὶ Κίρκης ἔργα.

ΑΓολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'· ἔνθα δ' ἔναιεν
Αἴολος Ἱπποτάδης, φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Πλωτῇ ἐνὶ νήσῳ. πᾶσαν δέ τε μιν περὶ τεῖχος
Χάλκεον, ἄῤῥηκτον· λισσὴ δ' ἀναδέδρομε πέτρη.
Τῷ καὶ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροις γεγάασιν·
Ἓξ μὲν θυγατέρες, ἓξ δ' υἱέες ἠβάοντες.
Ἔνθ' οὔγε θυγατέρας πόρεν υἱάσιν εἶναι ἀκοίτας,

Οἵ

Sic tunc quidem tota die donec ſol occidit
Sedebamus epulantes carnes immenſas & vinum dulce.
Quando autem ſol occidit, & tenebræ ſupervenerunt,
Tunc dormivimus in littore maris.
Quando autem mane genita apparuit roſea digitis aurora,
Tum ſcilicet ego ſocios adhortans juſſi
Et ipſos conſcendere, & rudentes ſolvere.
Illi vero ſtatim ingreſſi ſunt & per tranſtra ſederunt.
Ordine autem ſedentes canum mare verberabant remis.
Hinc vero ulterius navigamus mœrentes corde,
Lubentes ex morte, poſtquam caros amiſeramus ſocios.

ODYSSEÆ HOMERI X.

LIBRI

Argumentum.

EA quæ apud Æolum acciderunt narrat ventorum cuſtodem, ut dederit Ulyſſi ſecundum ventum Zephyrum, aliis ventis incluſis in utre: quem ſocii ſolventes dormiente Ulyſſe, videlicet in ipſo aurum eſſe exiſtimantes, redeunt ad Æolum. Sed non recipiente Æolo Ulyſſem, illinc navigans ad Læſtrygonas pervenit: apud quos undecim navibus amiſſis, una in Ææam inſulam proficiſcitur. Et cum Eurylocho dimidium ſociorum ſorte electum emiſit, interrogaturos quinam eſſent inhabitatores. Transformatis autem illis in ſues a Circe præter Eurylochum, ipſe ad inquiſitionem egreſſus, accepto a Mercurio medicamento moly, non eſt labefactus: imo etiam ſociis priſtinam naturam adeptis, poſtquam annum manſit apud Circen, ad inferos deſcendit.

K. Habet Æoli, Læſtrygonum, & Circes geſta.

IN Æoliam autem inſulam pervenimus: ubi habitabat
Æolus Hippotades, carus immortalibus diis,
Natanti in inſula. omnem vero ipſam circum murus *eſt*
Æreus, perrumpi neſcius: planaque ſurſum procurrit petra.
Ejuſque duodecim liberi in ædibus ſunt:
Sex quidem filiæ, ſex vero filii pubeſcentes.
Iſthic ille filias dabat filiis ut eſſent uxores.

Οἱ δ' αἰὲι παρὰ πατρὶ φίλῳ ἠ μητέρι κεδνῇ
Δαίνυνται· παρὰ δέ σφιν ὀνείατα μυρία κεῖται.
Κνισσῶν δέ τε δῶμα περισκιαχίζεται αὐλὴ
Ἤματα, νύκτας δ' αὖτε παρ' ἀδδοίοις ἀλόχοισι
Εὕδασ' ἐν τε τάπησι ἠ ἐν τρηπῖς λεχέεσσι·
Καὶ μὲν τῶν ἱκόμεσθα πόλιν ἠ δάματα καλά.
Μῆνα δὲ πάντα φίλει με, ἠ ἐξερέεινεν ἕκαστα,
Γλίον, Ἀργείων τε νέας, ἠ νόστον Ἀχαιῶν.
Αὐτὰρ ἐγὼ τῷ πάντα κατὰ μοῖραν κατέλεξα.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ἠ ἐγὼν ὁδὸν ἤγεον, ἠδ' ἐκέλευον
Πεμπέμεν, εὐδέ τι κεῖνος ἀνήνατο, πρὶν ἔχε δὲ πομπῶ.
Δῶκε δέ μοι δέπας ἀσκὸν βοὸς εἰνεώροιο·
Ἔνθα δὲ βυκτάων ἀνέμων κατέδησε κέλευθα.
Κεῖνον γὰρ παμίλου ἀνέμων ποίησε Κρονίων,
Ἤμὲν παύεμεναι, ἠδ' ὀρνύμεν ὅν κ' ἐθέλησι.
Νηὶ δ' ἐνὶ γλαφυρῇ κατέδη μέρμιδι φαεινῇ
Ἀργυρέῃ, ἵνα μήτι παραπνεύσῃ ὀλίγον πάρ.
Αὐτὰρ ἐμοὶ πνοιὴν Ζεφύρου προέηκεν ἀῶτα,
Ὄφρα φέροι νῆάς τε ἠ αὐτούς. ἐδ' ἄρ' ἐμελλεν
Ἐκτελέειν· αὐτῶν γὰρ ἀπωλόμεθ' ἀφραδίῃσιν.
Ἐννῆμαρ μὲν ὁμῶς πλέομεν νύκτας τε ἠ ἦμαρ·
Τῇ δεκάτῃ δ' ἤδη ἀνεφαίνετο πατρὶς ἄρουρα·
Καὶ δὴ πυρπολέοντας ἐλάσσομεν ἐγγὺς ἐόντας.
Ἔνθ' ἐμὲ μὲν γλυκὺς ὕπνος ἐπήλυθε κεκμηῶτα.
Αἰεὶ γὰρ πόδα νηὸς εἰώμων· ἀ δέ τῳ ἄλλῳ
Δῶχ' ἑτάρων, ἵνα θᾶσσον ἱκοίμεθα πατρίδα γαῖαν.
Οἱ δ' ἕταροι ἐπέεσι πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον,
Καί μ' ἔφασαν χρυσόν τε ἠ ἄργυρον οἴκαδ' ἄγεσθαι,
Δῶρα παρ' Αἰόλου μεγαλήτορος Ἱπποτάδαο.
Ὧδε δέ τις εἶπεσκεν ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον,
Ὦ πόποι, ὡς ἔδε πᾶσι φίλος ἠ τίμιός ἐστιν
Ἀνθρώποις, οἵτεών τε πόλιν ἠ γαῖαν ἵκηται·
Πολλὰ μὲν ἐκ Τροίης ἄγεται κειμήλια καλὰ
Λῃϊδος· ἡμεῖς δ' αὖτε ὁμὴν ὁδὸν ἐκτελέσαντες,
Οἴκαδε νισόμεθα κενεὰς σὺν χεῖρας ἔχοντες.
Καὶ νῦν οἱ τάν' ἔδωκε χαριζόμενος φιλότητι
Αἴολος. ἀλλ' ἄγε θᾶσσον ἰδώμεθα ὅ, τι τάδ' ἐστὶν,
Ὅσσος τις χρυσός τε ἠ ἄργυρος ἀσκῷ ἔνεστιν.
Ὣς ἔφασαν. Βουλὴ δὲ κακὴ νίκησεν ἑταίρων.

Ἀσ-

Qui ſemper apud patrem carum & matrem caſtam
Convivantur: eiſque cibaria varia appoſita ſunt.
Nidore autem plena domus undique arctatur aula
Die, nocte vero rurſus apud pudicas uxores
Dormiunt inque tapetis & in perforatis lectis:
Equidem ad horum pervenimus urbem & domos pulchras.
Menſem vero totum amice accipiebat me, & exquirebat ſingula,
Ilium, Argivorumque naves, & reditum Achivorum.
At ego ei omnia pro decenti narravi.
Sed cum jam & ego iter poſtulabam, atque admonebam *ut*
Dimitteret, nihil quicquam ille abnuit, ſed paravit dimiſſionem.
Deditque mihi excorians utrem bovis novennalis,
In quo procelloſorum ventorum ligavit flatus.
Illum enim promum ventorum fecit Saturnius,
Vel mulcere, vel tollere quemcunque velit.
Nave vero in cava alligavit ſune ſplendido
Argenteo, ut ne quicquam præterflaret vel paululum.
Cæterum mihi flatum Zephyri immiſit ut flaret,
Ut ferret naveſque & nos. neque erat
Perfecturus: noſtra ipſorum enim periimus inſipientia.
Novem tamen dies navigavimus nocteſque & dies:
Decima vero jam apparebant patria rura:
Et jam ignem accendentes videbamus *quia* prope erant.
Ibi me dulcis ſomnus occupavit defeſſum.
Semper enim pedem navis movebam: neque cuiquam alii
Dedi ſociorum, ut citius perveniremus in patriam terram.
Socii autem verbis ad ſe invicem loquebantur,
Et me autumabant aurumque & argentum domum portare,
Dona ab Æolo magnanimo Hippotada.
Sic autem aliquis dicebat intuens in proximum alium:
Papæ, ut hic omnibus gratus eſt & magni pretii
Hominibus quorumcumque *in* urbem & terram veniat.
Multos quidem ex Troja ducit theſauros pulchros
Ex præda: nos vero contra idem iter emenſi,
In patriam redimus vacuas manus habentes.
Et nunc ipſi hæc dedit gratificans ob amicitiam
Æolus. ſed age citò videamus quidnam hæc ſint,
Quantum aurique & argenti utri inſit.
Sic dicebant. conſiliumque malum vicit ſociorum.

Ἀσκὸν μὲν λῦσαν, ἄελμοι δ' ἐκ παύτες ὄρουσαν·
Τὸς δ' αὖθ' ἁρπάξασα φέρεν πόντονδε θύελλα
Κλαίοντας γαίης ἀπὸ πατρίδος. αὐτὰρ ἔγωγε
Ἐγρόμενος, κατὰ θυμὸν ἀμύμονα μερμήριξα
Ἠὲ πεσὼν ἐκ νηὸς ἀποφθίμην εἰν ἁλὶ πόντῳ.
Ἦ ἀκέων τλαίην, καὶ ἔπι ζωοῖσι μετείην.
Ἀλλὰ ἐτλην καὶ ἔμεινα· καλυψάμενος δ' εἰν νηὶ
Κείμην· αἱ δ' ἐφέροντο κακῇ αὐέλλῃ θύελλαι.
Αὖτις ἐπ' Αἰολίην νῆσον· σενάχοντο δ' ἑταῖροι.
Ἔνθα δ' ἐπ' ἠπείρου βῆμεν, καὶ ἀφυσσάμεθ' ὕδωρ.
Αἶψα δὲ δεῖπνον ἔλοντο θοῇς παρὰ νηυσὶν ἑταῖροι·
Αὐτὰρ ἐπεὶ σίτοιό τε παυσάμεθ' ἠδὲ ποτῆτος,
Δὴ τότ' ἐγὼ κήρυκά τ' ὀπαωσάμενος καὶ ἑταῖρον,
Βῶ εἰς Αἰόλου κλυτὰ δώματα· τὸν δ' ἐκίχανον
Δαινύμενον παρὰ ἦ τ' ἀλόχῳ καὶ οἷσι τέκεσσιν.
Ἐλθόντες δ' ἐς δῶμα, παρὰ σταθμοῖσιν ἐπ' ἀδῆ
Ἐζόμεθ'· οἱ δ' ἀνὰ θυμὸν ἐθάμβεον, ἐκ τ' ἐρέοντο,
Πῶς ἦλθες Ὀδυσεῦ; τίς σοι κακὸς ἔχρατο δαίμων;
Ἦ μέν σ' εὐδύκεως ἀπεπέμπομεν, ὄφρ' ἀφίκοιο
Πατρίδα σὴν, καὶ δῶμα, καὶ εἴ τι φίλον ἐστίν.
Ὣς φάσαν· αὐτὰρ ἐγὼ μετεπώνεον ἀχνύμενος κῆρ,
Ἄασάν μ' ἑταροί τε κακοὶ, πρὸς δοῖσί τε ὕπνος
Σχέτλιος. ἀλλ' ἀκέσασθε φίλοι· δύναμις γὰρ ἐν ὑμῖν.
Ὣς ἐφάμην, μαλακοῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσιν.
Οἱ δ' ἄνεῳ ἐγένοντο. πατὴρ δ' ἠμείβετο μύθῳ,
Ἔρρ' ἐκ νήσου θᾶσσον ἐλέγχιστε ζωόντων·
Οὐ γάρ μοι θέμις ἐστὶ κομίζεμεν ἠδ' ἀποπέμπειν
Ἄνδρα τὸν ὅς κε θεοῖσιν ἀπέχθηται μακάρεσσιν.
Ἔρρε, ἐπεὶ ἆρα θεοῖσιν ἀπεχθόμενος τόδ' ἱκάνεις.
Ὣς εἰπὼν· ἀπέπεμπε δόμων βαρέα σενάχοντα.
Ἔνθεν δὲ προτέρω πλέομεν ἀκαχήμενοι ἦτορ.
Τέρπετο δ' ἀνδρῶν θυμὸς ὑπ' εἰρεσίης ἀλεγεινῆς
Ἡμετέρῃ μαθίῃ· ἐπεὶ ἀκέα φαίνετο πομπή·
Ἐξῆμαρ μὲν ὁμῶς πλέομεν νύκτας τε καὶ ἦμαρ·
Ἑβδομάτῃ δ' ἱκόμεσθα Λάμου αἰπὺ πτολίεθρον,
Τηλέπυλον Λαιστρυγονίην, ἵθι ποιμένα ποιμὴ
Ἠπύει εἰσελάων, ὁ δέ τ' ἐξελάων ὑπακούει.
Ἔνθά κ' ἄϋπνος ἀνὴρ δοιὼ ἐξήρατο μισθὼ,
Τὸν μὲν βουκολέων, τὸν δ' ἀργυφα μῆλα νομεύων.

Ἐγ-

Utrem quidem ſolverunt, venti autem omnes eruperunt.
Illos ſtatim raptos ferebant in pontum procella
Flentes terra a patria. at ego
Experrectus, in animo inculpato deliberabam
Utrum lapſus ex navi perirem in ponto,
An tacitus ſuſtinerem, & adhuc vivis intereſſem.
Sed ſuſtinui & manſi: tectus autem in navi
Jacebam: illæ vero ferebantur malo venti turbine
Rurſus ad Æoliam inſulam: gemebant autem ſocii.
Ibi terram conſcendimus, & hauſimus aquam.
Statim autem prandium ceperunt celeres apud naves ſocii.
At poſtquam cibumque guſtavimus atque potum,
Tum ego præconem in comitem eligens & ſocium,
Ivi ad Æoli inclytas ædes: eum autem inveni
Convivantem apud ſuam uxorem & ſuos liberos.
Ut venimus autem in domum, ad fores in limine
Sedebamus: illi vero in animo obſtupeſcebant, interrogabantque:
Quomodo veniſti Ulyſſes? quis tibi malus ingruit deus?
Equidem te accurate dimiſimus, ut pervenires
In patriam terram, & domum, & ſicubi quid gratum eſt.
Sic dicebant. at ego alloquebar triſtatus corde:
Labefactarunt me ſocii mali, & præterea ſomnus
Improbus. ſed ſanate amici: potentia enim penes vos.
Sic ajebam, blandis demulcens verbis.
Illi vero conticuerunt. pater autem excepit ſermone:
Pereas ex inſula ocyus peſſime viventium:
Neque enim mihi fas eſt curare neque dimittere
Virum eum qui diis inviſus eſt beatis:
Pereas, quoniam certe diis inviſus huc veniſti.
Sic locutus, dimiſit domo graviter ſuſpirantem.
Hinc vero ulterius navigabamus mœrentes corde.
Fatigabatur autem virorum animus a remigatione moleſta
Noſtra vanitate: quoniam non amplius apparebat reditus.
Sex dierum quidem continue navigavimus noctesque & dies:
Septima vero venimus Lami ad excelſam urbem,
Longe diſtantes portas habentem Læſtrygoniam, ubi paſtorem paſtor
Evocat ingens *pecus*, alter vero exigens obedire ſolet.
Ibi inſomnis vir duplicem perciperet mercedem,
Unam paſcendis bobus, alteram albis pecudibus

Ἐγγὺ γὰρ νυκτός τε καὶ ἤματός εἰσι κέλευθοι.
Ἔνθ' ἐπεὶ ἐς λιμένα κλυτὸν ἵκομεν, ὃν πέρι πέτρη
Ἠλίβατος τετύχηκε διαμπερὲς ἀμφοτέρωθεν,
Ἀκταὶ δὲ προβλῆτες ἐναντίαι ἀλλήλῃσιν
Ἐν στόμα πρὸχεσιν· ἁρμὴ δ' ἔσοδός ἐστιν·
Ἔνθ' οἱ γ' ἔσω πάντες ἔχον νέας ἀμφιελίσσας.
Αἱ μὲν ἄρ' ἔντοσθεν λιμενὸς κοίλοιο δέδυπτο
Πλησίαι· ἐ μὲν γάρ ποτ' ἀέξετο κῦμά γ' ἐν αὐτῷ,
Οὔτε μέγ', οὔτ' ὀλίγον· λιπὴ δ' ἰὼ ἀμφὶ γαλήνη.
Αὐτὰρ ἐγὼν οἶος ἔξω νῆα μέλαιναν,
Αὐτοῦ ἐπ' ἐσχατιῇ, πέτρης ἐκ πείσματα δήσας.
Ἔσσω δὲ, σκοπιὴν ἐς πυμαλόεσσαν ἀελδών·
Ἔνθα μὲν οὔτε βοῶν οὔτ' ἀνδρῶν φαίνετο ἔργα,
Καπνὸν δ' οἷον ὁρῶμεν ἀπὸ χθονὸς αἴσσοντα.
Δὴ τότ' ἐγὼν ἑτάρους προΐειν πεύθεσθαι ἰόντας
Οἵ τινες ἀνέρες εἶεν ἐπὶ χθονὶ σῖτον ἔδοντες·
Ἄνδρε δύω κρίνας, τρίτατον κήρυχ' ἅμ' ἑπέσθαι.
Οἱ δ' ἴσαν ἐκβάντες λείην ὁδὸν, ἧπερ ἅμαξαι
Ἄσυδ' ἀφ' ὑψηλῶν ὀρέων καταγίνεον ὕλλα.
Κέρκῃ δὲ ξύμβλητο πρὸ ἄστεος ὑδρεύουσῃ,
Θυγατρὶ ἰφθίμῃ Λαιστρυγόνος Ἀντιφάταο.
Ἣ μὲν ἄρ' ἐς κρηΐλην κατεβήσατο καλλιρέεθρον
Ἀρτακίην· ἔνθεν γὰρ ὕδωρ προτὶ ἄστυ φέρεσκον.
Οἱ δὲ παρισάμενοι προσεφώνεον, ἐκ τ' ἐρέοντο
Ὅστις τῶν εἴη βασιλεὺς, ἠ οἷσιν ἀνάσσοι.
Ἣ δὲ μάλ' αὐτίκα πατρὸς ἐπέφραδεν ὑψιρεφὲς δῶ.
Οἱ δ' ἐπεὶ εἰσῆλθον κλυτὰ δώματα, τὼδε γυναῖκα
Εὗρον ὄσσω τ' ὄρεος κορυφὴν, καὶ δ' ἔσυγον αὐτήν.
Ἣ δ' αὖθ' ἐξ ἀγορῆς ἐκάλει κλυτὸν Ἀντιφατάην,
Ὅν ῥ' πόσιν, ὃς δὴ τοῖσιν ἐμήσατο λυγρὸν ὄλεθρον.
Αὐτίκ' ἕνα μάρψας ἑτάρων, ὠπλίσατο δόρπον.
Τὼ δὲ δύ' αἰζάντε φυγῇ ἐπὶ νῆας ἱκέσθην.
Αὐτὰρ ὃ τοῦχε βοὴν διὰ ἄστεος· οἱ δ' ἀίοντες
Φοίτων ἴφθιμοι Λαιστρυγόνες ἄλλοθεν ἄλλος.
Μυρίοι, οὐκ ἀνδρεσσιν ἐοικότες, ἀλλὰ γίγασι·
Οἵ ῥ' ἀπὸ πετράων ἀνδραχθέσι χερμαδίοισι
Βάλλον. ἄφαρ δὲ κακὸς κόναβος κατὰ νῆας ὀρώρει
Ἀνδρῶν ὀλυμένων, νηῶν θ' ἅμα ἀγνυμενάων.
Ἰχθῦς δ' ὡς πείροντες ἀτερπέα δαῖτα φέροντο.

Ὄφρ'

Prope enim noctisque & diei sunt viæ.
Ibi postquam ad portum inclytum venimus, quem circum petra
Excelsa erat continenter utrinque,
Littoraque prominentia contraria sibi invicem
In ostiis procurrunt: angustus autem introitus est:
Ibi illi introrsum omnes tenebant naves versatiles.
Ipsæ quidem intra portum concavum ligabantur
Propinquæ. nunquam enim attollitur fluctus in ipso,
Neque magnus, neque parvus: candidaque erat circum tranquillitas.
Ast ego solus tenui extrinsecus navem nigram,
Illic in extrema *parte*, petræ funes alligans.
Stabam vero specula aspera conscensa:
Ibi quidem neque boum neque virorum apparebant opera,
Sed fumum solum videbamus a terra erumpentem.
Tunc scilicet ego socios præmisi scisciatum ut irent
Quinam viri essent supra terram pane vescentes:
Viros duos eligens, tertium præconem una comitem dans.
Qui iverunt egressi planam viam, qua currus
Ad urbem ab excelsis montibus vehebant sylvam.
In puellam autem inciderunt ante urbem aquantem,
Filiam fortem Læstrygonis Antiphatæ.
Hæc quidem ad fontem descenderat limpidum
Artaciam: hinc enim aquam ad urbem ferebant.
Illi vero astantes alloquebantur, interrogabantque
Quisnam illorum esset rex, & quibus imperaret.
Illa vero admodum cito patris indicavit excelsam domum.
At illi postquam ingressi sunt inclytam domum, ipsammet mulierem
Invenerunt velut montis verticem, horrueruntque ipsam.
Illa vero continuo e foro vocabat inclytum Antiphatem,
Suum maritum, qui illis molitus est sævam mortem:
Statim unum corripiens sociorum, apparavit cœnam.
Duo vero exilientes fuga ad naves pervenerunt.
At ipse clamorem excitavit per urbem. illi vero audientes
Ibant fortes Læstrygones aliunde alius,
Innumeri, non hominibus similes, sed gigantibus:
Qui a petris gravibus viro lapidibus
Jaciebant. statim autem malus strepitus per naves excitatus est
Virís pereuntibus, navibusque simul fractis.
Pisces vero sicut transfigentes, tristes epulas ferebant.

Dum

Οὗρ' οἱ τὰς ὅλεκον λιμένῳ πολυβενθέϊ ἐντὸς,
Τόφρα δ' ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσάμενος παρὰ μηρῷ,
Τῷ ἀπὸ πείσματ' ἔκοψα νεὼς κυανοπρῴροιο.
Αἶψα δ' ἑμοῖς ἑτάροισιν ἐποτρύνας ἐκέλευσα
Εἰμβαλέειν κώπησ', ἵν' ὑπ' ἐκ κακότητα φύγοιμεν.
Οἱ δ' ἅμα πάντες ἀνέρριψαν, δείσαντες ὄλεθρον.
Ἀψάσιος δ' ἐς πόντον ἐπηρεφέας φύγε πέτρας
Νηῦς ἐμή· αὐτὰρ αἱ ἄλλαι ἀολλέες αὐτοῦ ὄλοντο.
Ἔνθεν δὲ προτέρω πλέομεν ἀκαχήμενοι ἦτορ,
Ἄσμενοι ἐκ θανάτοιο, φίλους ὀλέσαντες ἑταίρους.
Αἰαίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'· ἔνθα δ' Ἐλαίη
Κίρκη ἐϋπλόκαμος, δεινὴ θεός, αὐδήεσσα,
Αὐτοκασιγνήτη ὀλοόφρονος Αἰήταο·
Ἄμφω δ' ἐκγεγάτην φαεσιμβρότου Ἠελίοιο,
Μητρός τ' ἐκ Πέρσης, τὴν Ὠκεανός τέκε παῖδα.
Ἔνθα δ' ἐπ' ἀκτῆς νηῒ κατηγαγόμεσθα σιωπῇ
Ναύλοχον ἐς λιμένα· κῆ τις θεὸς ἡγεμόνευε.
Ἔνθα τότ' ἐκβαίντες, δύο τ' ἤματα κῆ δύο νύκτας
Κείμεθ' ὁμῶς καμάτῳ τε κῆ ἄλγεσι θυμὸν ἔδοντες.
Ἀλλ' ὅτε δὴ τρίτον ἦμαρ ἐϋπλόκαμος τέλεσ' ἠὼς,
Καὶ τότ' ἐγὼν ἐμὸν ἔγχος ἑλὼν κῆ φάσγανον ὀξύ,
Καρπαλίμως παρὰ νηὸς ἀνήιον ἐς περιωπὴν,
Εἶπως ἔργα ἴδοιμι βροτῶν, εἰνοπήν τε πυθοίμην.
Ἔστην δὲ, σκοπιὴν ἐς παπαλόεσσαν ἀνελθών,
Καί μοι ἐείσατο καπνὸς ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
Κίρκης ἐν μεγάροισι, διὰ δρυμὰ πυκνὰ κῆ ὕλην.
Μερμήριξα δ' ἔπειτα κατὰ φρένα κῆ κατὰ θυμὸν
Ἐλθεῖν ἠδὲ πυθέσθαι, ἐπεὶ ἴδον αἰθόπα καπνόν.
Ὧδε δέ μοι φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι,
Πρῶτ' ἐλθόντ' ἐπὶ νῆα θοὴν κῆ δῖνα θαλάσσης,
Δεῖπνον ἑταίροισι δόμεναι, προέμεν τε πυθέσθαι.
Ἀλλ' ὅτε δὴ κεδνὸν ἦα κιὼν νεὸς ἀμφιελίσσης,
Καὶ τότε τίς με θεῶν ὀλοφύρατο μοῦνον ἐόντα,
Ὅς ῥά μοι ὑψίκερον ἔλαφον μέγαν εἰς ὁδὸν αὐτῇ
Ἧκεν. ὁ μὲν ποταμόνδε κατήιεν ἐκ νομοῦ ὕλης,
Πίομεν'. (δὴ γάρ μιν ἔχεν μενὸς ἠελίοιο)
Τὸν δ' ἐγὼ ἐκβαίνοντα κατ' ἄκνηστιν μέσα νῶτα
Πλῆξα· τὸ δ' ἀντικρὺ δόρυ χάλκεον ἐξεπέρησε·
Καδδ' ἔπεσ' ἐν κονίῃσι μακών, ἀπὸ δ' ἔπτατο θυμός.

Τῷ

Dum illis hos perdebant profundum portum intra,
Interea ego gladium acutum extrahens a femore,
Eo funes abscidi navis nigræ proram.
Statim autem meos socios adhortans jussi
Incumbere remis, ut calamitatem subterfugeremus.
Qui simul cuncti jactabant remos, timentes mortem.
Libenter autem in pontum cavas effugit petras
Navis mea: at reliquæ una omnes illic perierunt:
Hinc autem ulterius navigabamus mœrentes corde,
Lubentes ex morte, postquam dilectos amiseramus socios.
Ææamque ad insulam pervenimus: ubi habitabat
Circe cirrata, veneranda dea, vocalis,
Germana soror prudentis Æætæ:
Ambo enim nati sunt hominibus lucem præbente ex Sole,
Matreque ex Persa, quam Oceanus genuit filiam.
Hic vero in littore navi appulimus silentio
Navium capacem in portum: & deus aliquis dux erat.
Ibi tum exeuntes, duosque dies & duas noctes
Jacebamus pariter & labore & doloribus animum rodentes.
Sed quando tertiam diem pulchricoma fecit aurora,
Tunc ego meam hastam capiens & gladium acutum,
Rapide ab nave ascendo in speculam,
Sicubi opera viderem mortalium, vocemque audirem.
Steti autem, specula prærupta conscensa,
Et mihi visus est fumus a terra lata
Circes in ædibus, per querceta & sylvam.
Cogitabamque deinde in mente & in animo
Ire atque sciscitari, postquam vidi calidum fumum.
Sic autem mihi cogitanti visum est satius esse,
Primum profectum ad navem celerem & littus maris,
Jentaculum sociis dare, præmittereque sciscitatum.
Sed quando jam prope eram vadens ad navem versatilem,
Tum aliquis me deorum miseratus est solus cum essem,
Qui mihi excelsis cornibus cervum magnum in viam ipsam
Misit. is quidem ad flumen descendebat ex pascuis sylvæ,
Potaturus: (jam enim ipsum tenebat vis solis)
Illum ego egredientem per spinam medio tergo
Percussi: penitus autem hastile ferreum transiit:
Deciditque in pulveres balans, & evolavit animus.

Illi

Τῷ δ' ἐγὼ ἐμβαίνων, δόρυ χάλκεον ἐξ ὠτειλῆς
Εἰρυσάμην· τὸ μὲν αὖθι κατακλίνας ἐπὶ γαίῃ
Εἴασα. ὠκὰρ ἐγὼ ἀσασάμην ῥῶπάς τε λύγας τε·
Πᾶσμα δ' ὅσον τ' ὄργυιαν εὐσρεφὲς ἀμφοτέρωθεν
Πλεξάμενος, σωιέδησα πόδας δεινοῖο πελώρου.
Βιῶ δὲ καπελοφάδια φέρων ἐπὶ νῆα μέλαιναν,
Ἔγχει ἐρειδόμενος, ἐπεὶ ὔπως ἦεν ἐπ' ὤμῳ
Χειρὶ φέρειν ἑτέρῃ· μάλα γὰρ μέγα θηρίον ἦεν·
Καδδ' ἔβαλον πρυπάροιθε νεός· ἀνέγειρα δ' ἑταίρους
Μειλιχίοις ἐπέεσι, παρασαδὸν ἄνδρι ἕκασον,
Ὢ φίλοι, ἠ γάρ πως καπευδόμεθ', ἀχνύμενοί περ,
Εἰς αἶδαο δόμους, πρὶν μόρσιμον ἦμαρ ἐπελθεῖν·
Ἀλλ' ἄγετ', ὄφρ' εὐ νηὶ δοῇ βρωτύς τε πόσις τε,
Μνησόμεθα βρώμης, μηδὲ τρυχώμεθα λιμῷ.
Ὣς ἐφάμην. οἱ δ' ὦκα ἐμοῖς ἐπέεσι πίθοντο·
Ἐκ δὲ καλυψάμενοι παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο
Θηήσαντ' ἔλαφον· μάλα γὰρ μέγα θηρίον ἦεν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τάρπησαν ὁρώμενοι ὀφθαλμοῖσιν,
Χεῖρας νιψάμενοι πλύχοντ' ἐρικυδέα δαῖτα.
Ὣς τότε μὲν πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καπαδύντα
Ἤμεθα δαινύμενοι κρέα τ' ἄσπετα καὶ μέθυ ἡδύ.
Ἡμος δ' ἠέλιος κατέδυ, καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθε,
Δὴ τότ' ἐκοιμήθημεν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης.
Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
Καὶ τότ' ἐγὼν ἀγορὴν θέμενος μετὰ πᾶσιν ἔειπον,
Κέκλυτέ μευ μύθων κακά περ πάσχοντες ἑταῖροι,
Ὢ φίλοι, ἠ γάρ τ' ἴδμεν ὅπη ζόφος, ἠδ' ὅπη ἠώς,
Οὐδ' ὅπη ἠέλιος φαεσιμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν,
Οὐδ' ὅπη ἀνίησι· ἀλλὰ φραζώμεθα δᾶσσον
Εἴπερ ἔτ' ἔσαι μῆτις. ἐγὼ δ' οὐκ οἴομαι εἶναι.
Εἶδον γάρ, σκοπιὴν ἐς παιπαλόεσσαν ἀνελθών,
Νῆσον, τὴν πέρι πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται·
Αὐτὴ δὲ χθαμαλὴ κέπαται, καπνὸν δ' ἐνὶ μέσσῃ
Ἔδρακον ὀφθαλμοῖσι διὰ δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλην.
Ὣς ἐφάμην· τοῖσιν δὲ κατεκλάσθη φίλον ἦτορ,
Μνησαμένοις ἔργων Λαιστρυγόνος Ἀντιφάταο,
Κύκλωπός τε βίης μεγαλήτορος ἀνδροφάγοιο.
Κλαῖον δὲ λιγέως, θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντες·
Ἀλλ' ἠ γάρ τις πρῆξις ἐγίνετο μυρομένοισιν·

Αὐ-

Illi ego inſiliens haſtam ferream ex vulnere
Extraxi: quam illic reclinans in terra
Reliqui. aſt ego evulſi virgultaque viminaque:
Funemque ad ulnæ longitudinem bene tortum utrinque
Plectens, colligavi pedes ingentis monſtri.
Ibam autem in cervice gerens ad navem nigram,
Haſta innixus, quoniam nullo pacto poteram in humero
Manu ferre altera: admodum enim magna bellua erat:
Dejeci autem ante navem: excitavique ſocios
Blandis verbis, aſtando viris ſingulis:
O amici, non enim ullo pacto deſcendemus, tametſi triſtes,
In Plutonis domum, antequam fatalis dies venerit:
Sed agite quandiu in navi celeri cibuſque potuſque,
Memores ſimus eſcæ, neque maceremur fame.
Sic dicebam. illi vero ocyus meis verbis parebant:
Revelatque apud littus maris infructuoſi
Admirabantur cervum: perquam enim magna bellua erat.
At poſtquam oblectati ſunt ſpectantes oculis,
Manus lavantes apparabant eximium epulum.
Sic tum quidem totum diem ad ſolis occaſum
Sedebamus epulantes carnes copioſiſſimas & vinum dulce:
Quando autem ſol occidit, & tenebræ ſupervenerunt,
Tunc ſcilicet dormivimus in littore maris.
Quando autem aerigena apparuit roſea digitis aurora,
Tunc ego concione inſtituta inter univerſos loquebar:
Audite meos ſermones mala licet patientes ſocii.
O amici, non enim ſcimus ubi occaſus, neque ubi aurora,
Neque ubi ſol hominibus lucem præſtans vadit ſub terram,
Neque ubi ſurgit: ſed conſideremus celeriter
Num quod adhuc ſit conſilium. ego autem non arbitror eſſe.
Vidi enim, ſpeculam in aſperam conſcendens,
Inſulam, quam pontus infinitus circumdat:
Ipſa vero humilis jacet, fumum autem in medio
Vidi oculis per querceta denſa & ſylvam.
Sic dicebam. illis vero fractum eſt amicum cor,
Recordantibus facinorum Læſtrygonis Antiphatæ,
Cyclopiſque violentiæ magnanimi viros devorantis.
Flebant autem miſerabiliter, tenellas lacrymas profundentes.
Sed nullus profectus fiebat lugentibus.

At

Αὐτὰρ ἐγὼ δίχα πάντας ἐϋκνήμιδας ἑταίρους
Ἠῒδμεν, ἀρχὸν δὲ μετ' ἀμφοτέροισιν ὄπασσα.
Τῶν μὲν ἐγὼν ἦρχον, τῶν δ' Εὐρύλοχος θεοειδής.
Κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκηρεῖ πάλλομεν ὦκα,
Ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος μεγαλήτορος Εὐρυλόχοιο.
Βῆ δ' ἰέναι, ἅμα τῷ γε δύω καὶ εἴκοσ' ἑταῖροι
Κλαίοντες· κατὰ δ' ἄμμε λίπον γοόωντας ὄπισθεν.
Εὗρον δ' ἐν βήσῃσι πετυγμένα δώματα Κίρκης
Ξεστοῖσι λάεσσι, περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ.
Ἀμφὶ δέ μιν λύκοι ἦσαν ὀρέστεροι, ἠδὲ λέοντες,
Τοὺς αὐτὴ κατέθελξε, ἐπεὶ κακὰ φάρμακ' ἔδωκεν·
Οὐδ' οἵ γ' ὡρμήθησαν ἐπ' ἀνδράσιν, ἀλλ' ἄρα πολλὰ
Οὐρῇσι μακρῇσι περιδινήσαντες ἀνέσταν.
Ὡς δ' ὅταν ἀμφὶ ἄνακτα κύνες δαίτηθεν ἰόντα
Σαίνωσ'· (αἰεὶ γάρ τε φέρει μειλίγματα θυμῷ)
Ὣς τοὺς ἀμφὶ λύκοι κρατερώνυχες ἠδὲ λέοντες
Σαῖνον· τοὶ δ' ἔδδεισαν, ἐπεὶ ἴδον αἰνὰ πέλωρα.
Ἔσταν δ' εἰνὶ θύρῃσι θεᾶς καλλιπλοκάμοιο·
Κίρκης δ' ἔνδον ἄκουον ἀειδούσης ὀπὶ καλῇ,
Ἱστὸν ἐποιχομένης μέγαν, ἄλβροτον· οἷα θεάων
Λεπταί τε καὶ χαρίεντα καὶ ἀγλαὰ ἔργα πέλονται.
Τοῖσι δὲ μύδων ἦρχε Πολίτης ἀρχαμος ἀνδρῶν,
Ὅς μοι κήδιστος ἑτάρων ἦν, καδνότατός τε,
Ὦ φίλοι, ἔνδον γάρ τις ἐποιχομένη μέγαν ἱστόν,
Καλὸν ἀοιδιάει. (δάπεδον δ' ἅπαν ἀμφιμέμυκε)
Ἦ θεός, ἠὲ γυνή· ἀλλὰ φθεγγώμεθα θᾶσσον.
Ὣς ἄρ' ἐφώνησεν· τοὶ δ' ἐφθέγγοντο καλέοντες.
Ἣ δ' αἶψ' ἐξελθοῦσα θύρας ὤϊξε φαεινὰς,
Καὶ κάλει· οἱ δ' ἅμα πάντες ἀϊδρείῃσιν ἕποντο·
Εὐρύλοχος δ' ὑπέμεινεν, ὀϊσάμενος δόλον εἶναι.
Εἶσεν δ' εἰσαγαγοῦσα κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε·
Ἐν δέ σφιν τυρόν τε καὶ ἄλφιτα καὶ μέλι χλωρὸν
Οἴνῳ πραμνείῳ ἐκύκα. ἀνέμισγε δὲ σίτῳ
Φάρμακα λύγρ', ἵνα πάγχυ λαθοίατο πατρίδος αἴης.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δῶκέν τε, καὶ ἔκπιον, αὐτίκ' ἔπειτα
Ῥάβδῳ πεπληγυῖα, κατὰ συφεοῖσιν ἔέργνυ.
Οἱ δὲ συῶν μὲν ἔχον κεφαλὰς φωνήν τε δέμας τε,
Καὶ τρίχες· αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος, ὡς τὸ πάρος περ.
Ὣς οἱ μὲν κλαίοντες ἔέρχατο· τοῖσι δὲ Κίρκη

Πάρ

At ego bipartito omnes ſortes ſocios
Numerabam, ducemque utriſque præbebam.
Alterorum ego dux eram, alterorum Eurylochus deo ſimilis.
Sortes autem in galea ferrea concuſſimus ocyus,
Exiliitque ſors magnanimi Eurylochi.
Feſtinabat autem ire, una cum eo duo & viginti ſocii
Flentes: nos etiam reliquerunt lugentes poſt ſe.
Invenerunt autem in convalle ædificatam domum Circes
Politis lapidibus, conſpicuo in loco.
Circa ipſam autem lupi erant montani, atque leones,
Quos illa manſuefecerat, poſtquam mala medicamina dederat.
Neque illi irruerunt in viros, ſed ipſi
Caudis longis adulantes ſurrexerunt.
Ut cum circa dominum canes a convivio venientem
Adulantur: (ſemper enim fert quæ mulceant animum)
Sic circa hos lupi fortes unguibus atque leones
Adulabantur. illi vero timebant ubi viderunt ſæva monſtra.
Steterunt autem in januis deæ pulchricomæ:
Circem autem intus audiebant cantantem voce pulchra,
Telam percurrentem ingentem, divinam: qualia dearum
Subtilia & venuſta & ſplendida opera fiunt.
His vero verba *facere* cœpit Polites dux virorum,
Qui mihi cariſſimus ſociorum erat, quemque maximi faciebam.
O ſocii, intus ſane aliqua texens ingentem telam,
Pulchre canit. (pavimentum autem totum reſonat)
Aut dea, aut fœmina: quare alloquamur ocyus.
Sic dixit: illi vero allocuti ſunt vocantes.
Quæ continuo egreſſa januas aperuit ſplendidas,
Et invitabat: illi una omnes imprudenter ſequebantur:
Eurylochus autem remanſit, ſuſpicatus fraudem eſſe.
Collocavit autem introductos per ſediliaque thronoſque.
Ipſiſque caſeum, & farinam, & mel recens
Vino dulci confudit: commiſcuitque pani
Venena nocentia, ut omnino obliviſcerentur patriæ terræ:
Aſt ubi porrexitque & ebiberunt, ſtatim deinde
Virgula percutiens, intra haras concluſit.
Illi vero porcorum quidem habebant capita vocemque corpuſque,
Et ſetas: mens tamen erat firma, ut antea.
Sic hi quidem flentes concluſi ſunt: quibus Circe

Ili-

Πάρ ῥ' ἄκυλον βάλανόν τ' ἔβαλε, καρπόν τε κρανείης,
Ἔδμεναι, οἷα σύες χαμαιδρυάδες αἰὲν ἔδουσιν.
Εὐρύλοχος δ' ἄψ ἦλθε θοὴν ἐπὶ νῆα μέλαιναν,
Ἀγγελίην ἑτάρων ἐρέων καὶ ἀδμῆτα πότμον.
Οὐδέ τι ἐκφάσθαι δύνατο ἔπος, ἱέμενός περ,
Κῆρ ἄχεϊ μεγάλῳ βεβολημένος· εὖ δέ οἱ ὄσσε
Δακρυόφιν πίμπλαντο, γόον δ' ὠΐετο θυμός.
Ἀλλ' ὅτε δή μιν πάντες ἀγασσάμεθ' ἐξερέοντες,
Καὶ τότε τῶν ἄλλων ἑτάρων κατέλεξεν ὄλεθρον.
Ἤομεν, ὡς ἐκέλευες, αὐὰ δρυμά, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ·
Εὕρομεν ἐν βήσῃσι τετυγμένα δώματα καλὰ
Ξεστοῖσιν λάεσσι, περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ.
Ἔνθα δέ τις μέγαν ἰσὸν ἐποιχομένην λίγ' ἄειδεν,
Ἢ θεός, ἠὲ γυνή· τοὶ δ' ἐφθέγγοντο καλέοντες.
Ἠ δ' αἶψ' ἐξελθοῦσα θύρας ὤιξε φανάας,
Καὶ κάλει. οἱ δ' ἅμα πάντες ἀϊδρείῃσιν ἕποντο·
Αὐτὰρ ἐγὼν ὑπέμεινα, ὀϊόσαμενος δόλον εἶναι.
Οἱ δ' ἅμ' ἀϊσώθησαν ἀοσσέες, ἀδέ τις αὐτῶν
Ἐξεφάνη· δηρὸν δὲ καθήμενος ἐσκοπίαζον.
Ὡς ἔφατ'. αὐτὰρ ἐγὼ πέρι μὲν ξίφος ἀργυρόπηλον
Ὤμοιϊν βαλόμην, μέγα, χάλκεον· ἀμφὶ δὲ τόξα.
Τὸν δ' αὖ ἡγεμόνα αὐτῶν ὁδὸν ἡγήσασθαι.
Αὐτὰρ ὃ γ' ἀμφοτέρῃσι λαβὼν ἐλίσσετο γούνων,
Καί μ' ὀλοφυρόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Μή μ' ἄγε κεῖσ' ἀέκοντα διστρεφές, ἀλλὰ λίπ' αὐτοῦ.
Οἶδα γὰρ ὡς ὅτ' αὐτὸς ἐλάσσεαι, ὅτε τιν' ἄλλον
Ἄξεις σῶν ἑτάρων. ἀλλὰ ξυὺ τῆσδε θοῶσον
Φεύγωμεν· ἔτι γάρ κεν ἀλύξαιμεν κακὸν ἦμαρ.
Ὡς ἔφατ'. αὐτὰρ ἐγὼ μιν ἀμειβόμενος προσέειπον,
Εὐρύλοχ', ἦτοι μὲν σὺ μενὲ αὐτοῦ τῷδ' ἐνὶ χώρῳ
Ἔσθων καὶ πίνων κοίλῃ παρὰ νηῒ μελαίνῃ·
Αὐτὰρ ἐγὼν εἶμι, κρατερὴ δέ μοι ἔπλετ' ἀνάγκη.
Ὡς εἰπὼν παρὰ νηὸς αὐλίον ἠδὲ θαλάσσης
Ἀλλ' ὅτε δὴ ἄρ' ἔμελλον ἰὼν ἱερὰς ἀνὰ βήσας
Κίρκης ἴξεσθαι πολυφαρμάκου ἐς μέγα δῶμα,
Ἔνθά μοι Ἑρμείας χρυσόῤῥαπις ἀντεβόλησεν
Ἐρχομένῳ πρὸς δῶμα, νεμὴν ἀΐδηλ' ἐοικώς
Πρῶτον ὑπωΐξαντι, τὸ περ χαριέστατον ἥβης·

Ilicis fructum glandemque projecit, & fructum corni,
Ad edendum, qualia ſues cubare ſueti ſemper edunt.
Eurylochus autem continuo venit celerem ad navem nigram,
Nuncium de ſociis relaturus & amarum fatum:
Sed neque proloqui quibat verbum, cupidus licet,
Cor dolore ingenti perculſus. eique oculi
Lacrymis implebantur, luctum enim præ ſe ferebat animus.
Sed cum ei omnes inſtaremus interrogantes,
Tunc cæterorum ſociorum narravit exitium:
Ivimus, ut juſſeras, per querceta, inclyte Ulyſſes:
Invenimus in vallibus fabricatas ædes pulchras
Politis lapidibus, conſpicuo in loco.
Illic quædam magnam telam texens argute canebat,
Aut dea, aut mulier: illi vero alloquebantur vocantes *eam*.
Quæ continuo egreſſa fores aperuit ſplendidas,
Et vocabat. ſimul omnes illi per imperitiam ſequebantur:
At ego ſubſtiti, ratus dolum eſſe.
Illi vero ſimul evanuerunt univerſi, neque quiſquam eorum
Apparuit: diu autem deſidens ſpectabam.
Sic ait. at ego gladium quoque argenteis clavis confixum,
Humeris appoſui, ingentem, ferreum: circum etiam arcum,
Illumque continuo juſſi eandem viam ducere.
At ille ambabus prehendens precabatur genua,
Et me flens verbis alatis alloquebatur:
Ne me duc illuc invitum o Jovis alumne, ſed relinque hic.
Novi enim quod neque ipſe redibis, neque quenquam aliorum
Abduces tuorum ſociorum. ſed cum iſtis ocyus
Fugiamus: adhuc enim effugeremus malam diem.
Sic ait. at ego ipſum excipiens allocutus ſum:
Eurylochе, equidem tu mane iſthic hoc in loco
Edens & bibens cavam apud navem nigram:
At ego vadam, dura enim mihi adeſt neceſſitas.
Sic fatus ab nave ego diſcedebam atque mari.
Sed cum jam eram pergens ſacras per valles
Circes perventurus veneficæ ad magnam domum,
Ibi mihi Mercurius aureo caduceo *inſignis* obviam venit
Incedenti ad domum, adoleſcenti viro ſimilis
Primum pubeſcenti, cujus gratiſſima eſt pubertas:
Manuique mihi inhæſit, verbumque dixit, & compellavit:

Πῇ δ' αὖτως δύσλωε δι' ἄκριας ἔρχεαι οἶος,
Χώρῃ ἀΐδρεις ἐών; ἕταροι δέ τοι οἱ δ' ἐνὶ Κίρκης
Ἔρχαται, ὥσε σύες πυκινὸς καθημῶνας ἔχοντες.
Ἦ πὼς λυσόμενος δῶρ' ἔρχεαι; ἀδὲ σέ φημι
Αὐτὸν νοσήσειν, μενέειν δὲ σύ, σὺδά περ ἄλλοι.
Ἀλλ' ἄγε δή σε κακῶν ἐκλύσομαι ἠδὲ σαώσω·
Τῇ τόδε φάρμακον ἐσθλὸν, ἔχων δ' ἐς δώματα Κίρκης
Ἔρχεο, ὅ κέ τοι κρατὸς ἀλαλκήσει κακὸν ἦμαρ,
Πάντα δὲ τα ἐρέω ὀλοφώϊα δόλια Κίρκης·
Πλέξει τοι κυκεῶ, βαλέει δ' ἐνὶ φάρμακα σίτῳ.
Ἀλλ' οὐδ' ὣς θέλξαι σε δυνήσεται· ἐ γὰρ ἐάσει
Φάρμακον ἐσθλὸν, ὅ τοι δώσω. ἐρέω δὲ ἕκαστα·
Ὁππότε κεν Κίρκη σ' ἐλάσῃ περιμήκεϊ ῥάβδῳ,
Δὴ τότε σὺ ξίφος ὀξὺ ἐρυσάμενος παρὰ μηροῦ,
Κίρκῃ ἐπαΐξας, ὥσε κτάμεναι μενεαίνων.
Ἡ δέ σ' ὑποδδείσασα κελήσεται εὐνηθῆναι·
Ἔνθα σὺ μηκέτ' ἔπειτ' ἀπανήνασθαι θεὰ εὐνὴν,
Ὄφρά κέ τοι λύσῃ δ' ἑτάρους, αὐτόν τε κομίσῃ.
Ἀλλὰ κέλεσθαί μιν μακάρων μέγαν ὅρκον ὀμόσσαι,
Μή τί τοι αὐτῷ πῆμα κακὸν βυλεύσεμεν ἄλλο,
Μή σ' ἀπογυμνωθέντα κακὸν κ᾽ ἀνίδρα θείη.
Ὣς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον Ἀργειφόντης,
Ἐκ γαίης ἐρύσας, κ᾽ μοι φύσιν αὐτῆ ἔδειξεν.
Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος.
Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί. χαλεπὸν δέ τ' ὀρύσσειν
Ἀνδράσι γε θνητοῖσι· θεοὶ δέ τε πάντα δύανται.
Ἑρμείας μὲν ἔπειτ' ἀπέβη πρὸς μακρὸν Ὄλυμπον,
Νῆσον ἀν' ὑλήεσσαν· ἐγὼ δ' ἐς δώματα Κίρκης
Ἤϊα. πολλὰ δέ μοι κραδίη πόρφυρε κιόντι.
Ἐστὼ δ' εἰνὶ θύρῃσι θεᾶς καλλιπλοκάμοιο.
Ἔνθα στὰς ἐβόησα, θεὰ δέ μοι ἔκλυεν αὐδῆς.
Ἡ δ' αἶψ' ἐξελθοῦσα θύρας ὤϊξε φαεινὰς,
Καὶ κάλει· αὐτὰρ ἐγὼν ἑπόμην ἀκαχήμενος ἦτορ.
Εἶσε δέ μ' εἰσαγαγοῦσα ἐπὶ θρόνου ἀργυροήλου,
Καλοῦ, δαιδαλέου. ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν.
Πλέξε δέ μοι κυκεῶ χρυσέῳ δέπαϊ ὄφρα πίοιμι·
Ἐν δέ τε φάρμακον ἧκε, κακὰ φρονέουσ' ἐνὶ θυμῷ.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δῶκέν τε, κ᾽ ἔπιον, οὐδέ μ' ἔθελξεν,
Ῥάβδῳ πεπληγυῖα, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζεν,

320 Ἔρ-

Quorſum ſic temere o infelix per juga incedis ſolus,
Locorum ignarus? ſocii autem tibi illi in Circes *ædibus*
Concluſi ſunt, ut ſues permunita latibula inhabitantes.
An hos liberaturus huc venis? neque te autumo
Ipſum rediturum eſſe: manebis enim tu ubi utique alii.
Sed age jam te ex malis exſolvam atque ſervabo:
Accipe hoc medicamen bonum, retinens autem ad domum Circes
Vade, quod tibi a capite avertat malum diem.
Omnia autem tibi dicam pernicioſa conſilia Circes:
Apparabit tibi mixturam, injiciet vero medicamina in panem.
Sed neque ſic labefacere te poterit; non enim permittet
Remedium bonum quod tibi dabo. dicam vero ſingula:
Quando Circe te percutiet prælonga virga,
Tum ſcilicet tu gladium acutum extrahens a femore
In Circen irrue, perinde atque interficiendi cupidus:
Illa vero te ſubtimeſcens invitabit ad concubitum:
Ibi tu neutiquam deinde recuſa deæ lectum,
Ut tibi diſſolvatque ſocios, ipſumque *te benigne* curet:
Sed jube ipſam beatorum magnum juramentum jurare,
Haud ullum tibi ipſi detrimentum malum paraturam ſe aliud,
Ne te nudatum malum & effœminatum faciat.
Sic locutus præbuit medicamentum Mercurius,
Ex terra evulſum, & mihi naturam ejus monſtravit.
Radice quidem nigrum erat, lacti vero ſimilis flos:
Moly autem ipſum vocant dii. difficileque effoſſu
Viris utique mortalibus: dii autem omnia poſſunt.
Mercurius quidem poſt hæc diſceſſit ad magnum olympum,
Per inſulam ſylvoſam: ego autem ad domum Circes
Ibam. multaque mihi cor cogitabat eunti.
Conſtiti autem pro foribus deæ circratæ:
Ibi ſtans clamavi, dea autem meam exaudivit vocem.
Quæ ſtatim egreſſa fores aperuit ſplendidas,
Et invitabat: at ego ſequebar mœrens corde,
Collocavit autem me introducens in ſedili argenteo clavis,
Pulchro, fabrefacto: ſcabellumque ſub pedibus erat.
Adornavit autem mihi mixturam aureo poculo ut biberem:
Et medicamen immiſit, mala meditans in animo.
Sed poſtquam dedit, & ebibi, neque me labefecit,
Virgula feriens, verbumque dixit, & compellavit:

Ἔρχεο νῦν συφεόνδε, μετ' ἄλλων λέξον ἑταίρων.
Ὣς φάτ'· ἐγὼ δ' ἄορ ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ,
Κίρκη ἐπιπλῆξα, ὥστε κτάμεναι μενεαίνων.
Ἡ δὲ μέγα ἰάχουσα ὑπέδραμε, καὶ λάβε γούνων,
Καί μ' ὀλοφυρομένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;
Θαῦμά μ' ἔχει ὡς ἤπι πιὼν πάδε φάρμακ' ἐθέλχθης.
Οὐδὲ γὰρ ὐδέ τις ἄλλος ἀνὴρ πάδε φάρμακ' ἀνέτλη
Ὅς κε πίῃ, καὶ πρῶτον ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων.
Σοὶ δέ τις ἐν στήθεσσιν ἀκήλητος νόος ἐστίν.
Ἦ σύγ' Ὀδυσσεύς ἐσσι πολύτροπος, ὅν τέ μοι αἰεὶ
Φάσκεν ἐλεύσεσθαι χρυσόῤῥαπις Ἀργειφόντης,
Ἐκ Τροίης ἀνιόντα θοῇ σὺν νηῒ μελαίνῃ.
Ἀλλ' ἄγε δὴ κολεῷ μὲν ἄορ θὲο, νῶϊ δ' ἔπειτα
Εὐνῆς ἡμετέρης ἐπιβήσομεν, ὄφρα μιγέντε
Εὐνῇ καὶ φιλότητι, πεποίθομεν ἀλλήλοισιν.
Ὣς ἔφατ', αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενος προσέειπον·
Ὦ Κίρκη, πῶς γάρ με κέλῃ σοι ἤπιον εἶναι;
Ἦ μοι σοῦς μὲν ἔθηκας ἐνὶ μεγάροισιν ἑταίρους·
Αὐτὸν δ' ἐνθάδ' ἔχουσα δολοφρονέουσα κελεύεις
Εἰς θάλαμόν τ' ἰέναι, καὶ σῆς ἐπιβήμεναι εὐνῆς,
Ὄφρά με γυμνωθέντα, κακὸν καὶ ἀνωΐστιον θείης;
Οὐδ' ἂν ἐγὼ ἐθέλοιμι τεῆς ἐπιβήμεναι εὐνῆς,
Εἰ μή μοι πλαίης γε θεὰ μέγαν ὅρκον ὀμόσσαι,
Μήπί μοι αὖτῷ πῆμα κακὸν βουλεύσεμεν ἄλλο.
Ὣς ἐφάμην, ἡ δ' αὐτίκ' ἀπώμνυεν ὡς ἐκέλευον.
Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ὄμοσέν τε τελέσσέν τε τὸν ὅρκον,
Καὶ τότ' ἐγὼ Κίρκης ἐπέβην περικαλλέος εὐνῆς.
Ἀμφίπολοι δ' ἄρα κεδνὰ ἐνὶ μεγάροισι πένοντο
Τέσσαρες, αἳ οἱ δῶμα κάτα δρήσεσκον ἔασι.
Γίνονται δ' ἄρα ταί γ' ἔκ τε κρηνέων, ἀπό τ' ἀλσέων,
Ἐκ θ' ἱερῶν ποταμῶν, οἵ τ' εἰς ἅλαδε προρέουσι.
Τάων ἡ μὲν ἔβαλε θρόνοις ἐνὶ ῥήγεα καλά,
Πορφύρεα καθύπερθ', ὑπένερθε δὲ λῖν' ὑπέβαλλεν·
Ἡ δ' ἑτέρη προπάροιθε θρόνων ἐτίταινε τραπέζας
Ἀργυρέας, ἐπὶ δὲ σφι τίθει χρύσεια κάνεια·
Ἡ δὲ τερπὶ κρητῆρι μελίφρονα οἶνον ἐκίρνα
Ἡδὺν ἐν ἀργυρέῳ νέμε δὲ χρύσεια κύπελλα·
Ἡ δὲ τεπάρτ ὕδωρ ἐφόρει, καὶ πῦρ ἀνέκαιε

Πολ-

Abi nunc in haram, cum cæteris cuba ſociis.
Sic ait. ego autem gladium acutum ſtringens a femore,
In Circen irrui, tanquam occidere cogitans.
Illa vero magnum exclamans ſubtercurrit, & prehendit genua,
Et me lamentans verbis volatilibus allocuta eſt:
Quis? unde es gentium? ubi tibi urbs atque parentes?
Stupor me tenet, quod cum biberis hæc medicamina, haud labefactus es.
Neque enim quiſquam alius vir hæc medicamina ſuſtinuit
Quicumque hauſerit, & primum tranſmiſerit per ſeptum dentium.
Tibi vero aliqua in pectoribus indomita mens eſt.
Certe tu Ulyſſes es verſutus, quem mihi ſemper
Prædixit venturum aureæ virgæ dominus Mercurius,
Ex Troja reverſum celeri cum nave nigra.
Sed age ſane in vaginam gladium pone, nos vero deinde
Lectum noſtrum conſcendamus, ut commixti
Lecto & amore, confidamus invicem nobis.
Sic ait, at ego ipſam excipiens alloquebar:
O Circe, quo pacto me jubes tibi mitem eſſe?
Quæ mihi ſues quidem feciſti in domibus ſocios:
Ipſum autem hic detinens, doloſa jubes
Ad thalamum ire, & tuum conſcendere lectum,
Ut me nudatum, malum & effœminatum facias?
Haud equidem ego volo tuum conſcendere lectum,
Niſi mihi ſuſtineas dea magnum juramentum jurare,
Nullum mihi damnum malum machinaturam te aliud.
Sic dicebam. illa vero continuo juravit ut jubebam.
At poſtquam juravit perfecitque jusjurandum,
Tum ego Circes conſcendi perpulchrum lectum.
Ancillæ autem fidæ in domo ſatagebant
Quatuor, quæ ei per domum miniſtræ erant.
Naſcuntur autem hæ ex fontibus, & a nemoribus,
Et ex ſacris fluminibus, quæ in mare profluunt.
Harum una quidem injecit ſedilibus tincta ſtragula pulchra,
Purpurea ſuperne, inferne lintea candida ſubjecit:
Altera vero ante ſedilia explicuit menſas
Argenteas, eiſque impoſuit aureas lances:
Tertia vero cratere mellifluum vinum miſcebat
Dulce in argenteo, diſtribuit autem aurata pocula:
Quarta vero aquam ferebat, & ſuccendit ignem

Πολλὸν ὑπὸ τρίποδι μεγάλῳ· ἰαίνετο δ' ὕδωρ.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ ζέσσεν ὕδωρ εὐὶ λίπτοι χαλκῷ,
Εἰς ῥ' ἀσάμινθον ἔσασα, λοῦ ἐκ τρίποδ' μεγάλοιο,
Θυμῆρες κεράσασα κατὰ κρατός τε ἠδ' ὤμων,
Ὄφρά μοι ἐκ κάματον θυμοφθόρον ἕλετο γυῖων.
Αὐτὰρ ἐπεὶ λύσσέ τε, ἠδ' ἔχρισεν λίπ' ἐλαίῳ,
Ἀμφὶ δέ με χλαῖναν καλὴν βάλεν ἠδὲ χιτῶνα·
Εἶσε δέ μ' εἰσαγαγοῦσα ἐπὶ φθρόνου ἀργυροήλου,
Καλοῦ, δαιδαλέου· ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν.
Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
Καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος,
Νίψασθαι· παρὰ δὲ ζεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν.
Σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα,
Εἴδατα πόλλ' ἐπιθεῖσα, χαριζομένη παρεόντων.
Ἐσθέμεναι δ' ἐκέλευεν· ἐμῷ δ' ἐκ θύμῳ ἄνωγε.
Ἀλλ' ἦμὶν ἀφροσυνέων, κακὰ δ' ὄσσετο θυμός.
Κίρκη δ' ὡς ἐνόησεν ἔμ' ἥμενον, οὐδ' ἐπὶ σίτῳ
Χεῖρας ἰάλλοντα, συγερὸν δέ με πένθος ἔχοντα,
Ἄγχι παρισαμένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Τίφθ' οὕτως Ὀδυσεῦ κατ' ἄρ' ἕζεαι ἶσος ἀνώγῳ,
Θυμὸν ἔδων; βρώμης δ' ἐκ ἅπτεαι οὐδὲ ποτῆτος;
Ἦ πνέ πω δόλον ἄλλον ὀΐεαι, οὐδέ τί σε χρὴ
Δηδίμεν· ἤδη γάρ τοι ἀπώμοσα καρτερὸν ὅρκον.
Ὣς ἔφατ'. αὐτὰρ ἐγὼ μὲν ἀμειβόμενος προσέειπον,
Ὦ Κίρκη, τίς γάρ κεν ἀνὴρ ὃς εὐαίσιμος εἴη,
Πρὶν πλαὴν πάσασθαι ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος,
Πρὶν λύσασθ' ἑτάρους ἠὲ σὺ ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι;
Ἀλλ' εἰ δὴ πρόφρασσα πιεῖν φαγέμεν τε κελεύεις,
Λῦσον, ἵν' ὀφθαλμοῖσιν ἴδω ἐρίπρας ἑταίρους.
Ὣς ἐφάμην. Κίρκη δὲ δι' ἐκ μεγάροιο βεβήκει
Ῥάβδον ἔχουσ' εὐ χειρὶ, θύρας δ' ἀνέωγε συφειοῦ·
Ἐκ δ' ἔλασεν σιάλοισιν ἐοικότας εὐεώροισιν.
Οἱ μὲν ἔπειτ' ἔσησαν ἐναντίοι· ἡ δὲ διὰ σφῶν
Ἐρχομένη προσάλιφεν ἑκάστῳ φάρμακον ἄλλο.
Τῶν δ' ἐκ μὲν μελέων τρίχες ἔρρεον, ἃς πρὶν ἔφυσε
Φάρμακον ἀλόμενον, τό σφιν πόρε πότνια Κίρκη·
Ἄνδρες δ' αὖ' ἐγένοντο νεώτεροι ἢ πάρος ἦσαν,
Καὶ πολὺ καλλίονες εὐ μείζονες εἰσοράασθαι.
Ἔγνωσαν δέ με κἄκοι, ἑφὼ τ' ἐν χερσὶν ἕκαστος·

Πά-

Multum ſub tripode magno: calefiebat autem aqua.
Aſt ubi jam ferbuit aqua in ſplendido aheno,
In labrum mittens me, lavit ex tripode magno,
Animo *meo* gratum ſpargens per caputque & humeros,
Donec mihi laſſitudinem animi peſtem exemit membris.
Aſt ubi lavit, & unxit pingui oleo,
Meque læna pulchra induit atque tunica:
Collocavit me introductum in ſedili argenteo clavis
Pulchro, fabrefacto: ſcabellumque ſub pedibus erat.
Aquam autem ancilla gutto infundebat ferens
Pulchro, aureo, ſuper argenteo lebete,
Ad lavandum: juxta autem politam explicuit menſam.
Panem autem pudica proma appoſuit ferens,
Edulia multa apponens, gratificans de præſentibus:
Edere autem juſſit: meo tamen non placebat animo.
Sed ſedebam alia cogitans, mala enim prævidebat animus.
Circe autem ut animadvertit me ſedentem, neque ad cibum
Manum porrigentem, gravem autem me dolorem habentem,
Prope aſtans verba volatilia dixit:
Quid ſic Ulyſſes ſedes ſimilis muto,
Animum rodens? cibum autem non attingis neque potum?
Certe aliquem dolum alium times, neque te oportet
Timere: jam enim juravi tibi firmum juramentum.
Sic ait: at ego ipſam excipiens dixi:
O Circe, quis enim vir, qui æquus & juſtus ſit,
Prius ſuſtineat guſtare cibum atque potum,
Antequam ſolverit ſocios & præ oculis viderit?
Sed ſi nempe benigna bibere edereque jubes,
Solve, ut oculis videam perdilectos ſocios.
Sic dicebam. Circe autem ex ædibus ibat
Virgam habens in manu, foreſque aperuit haræ:
Exegitque porcis ſimiles novem annorum.
Illi quidem continuo ſtabant oppoſiti: ipſa autem per eos
Incedens adunxit unicuique medicamen aliud.
Eorumque membris pili defluebant, quos ante produxerat
Medicamen exitiale, quod ipſis dederat auguſta Circe:
Virique ſtatim fiebant juniores quam antea fuerant,
Et multo pulchriores & majores aſpectu.
Agnoverunt autem me illi, hæſeruntque in manibus quiſque:

Πᾶσιν δ' ἱμερόεις ὑπέδυ γόος, ἀμφὶ δὲ δῶμα
Σμερδαλέον κονάβιζε. θεαὶ δ' ἐλέαιρε κῆ αὐτήν·
Ἡ δέ μιν ἄγχι σᾶσα προσηύδα δῖα θεάων,
Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
Sed is primitias carpens, capitis pilos in ignem jecit
Albidentis ſuis, & precatus eſt omnes deos
Ut rediret Ulyſſes prudens ſuam domum.

Κόψε δ' ἀνασχόμενος χίζη δρυὸς ἰῶ λίπε κέων.
Τὸν δ' ἔλιπε ψυχή· τοὶ δ' ἔσφαξάν τε καὶ ὄδσαν.
Αἶψα δέ μιν διέχαδαν· ὁ δ' ὠμοδετέτο συβώτης,
Παύσασθαι ἀρχόμενος μελέων, ἐς πίονα δημόν.
Καὶ τὰ μὲν εὖ πυρὶ βάλε, πακυίας ἀλφίτα ἀκτῇ,
Μίσυλλόν τ' ἄρα τάμα, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν,
Ὤπτησάν τε περιφραδέως, ἐρύσαντό τε πάντα·
Βάλλον δ' εἰν ἐλεοῖσιν ἀολλέα. ἂν δὲ συβώτης
Ἵστατο δαιτρεύσων· (περὶ γὰρ φρεσὶν ἄσιμα ἤδη)
Καὶ τὰ μὲν ἔπταχα πάντα διεμοιρᾶτο δαΐζων·
Τῷ μὲν ἴαν Νύμφῃσι καὶ Ἑρμῇ Μαιάδι φίλ
Θῆκεν ἐπεύξάμενος, πὰς δ' ἄλλας νεῖμεν ἑκάστῳ·
Νώτοισιν δ' Ὀδυσῆα διηνεκέεσσι γέραιρεν
Ἀργιόδοντος υἱός· κύδαινε δὲ θυμὸν ἄνακτι.
Καί μιν φωνήσας προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς,
Αἴθ' ὅπως Εὔμαιε φίλος Διὶ πατρὶ γενοῖο
Ὡς ἐμοί, ὅτι μέ τοῖον ἐόντ' ἀγαθοῖσι γεραίρεις.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφης Εὔμαιε συβῶτα,
Ἔσθιε δαιμόνιε ξείνων, καὶ τέρπεο τοῖσδε
Οἷα πάρεστ· θεὸς δὲ τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἐάσει,
Ὅτι κεν ᾧ θυμῷ ἐθέλῃ· δύναται γὰρ ἅπαντα.
Ἦ ῥά, καὶ ἄρματα θῦσε θεοῖς αἰγυπετήσι.
Σπείσας δ' αὐθοπα οἶνον, Ὀδυσσῆι πολιπόρθῳ
Ἐν χείρεσσιν ἔθηκεν. ὁ δ' ἕζετο ἧ παρὰ μοίρῃ.
Σίτον δέ σφιν ἔνειμε Μεσαύλιος, ὃν ῥα συβώτης
Αὐτὸς κτήσατο οἷος ἀποιχομένοιο ἄνακτος,
Νόσφιν δεσποίνης καὶ Λαέρταο γέροντος.
Πὰρ δ' ἄρα μιν Ταφίοις πεμπον κτεάτεσσιν ἑοῖσιν·
Οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον·
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον εἶντο,
Σίτον μὲν σφιν ἄφειλε Μεσαύλιος· οἱ δ' ἐπὶ κοῖτον
Σίμτο καὶ πρηῶν κεκορημένοι ἐσθέοντο.
Νὺξ δ' ἄρ' ἐπῆλθε κακὴ σκοτομήνιος, ὗε δ' ἄρα Ζεὺς
Πάννυχος· ὦπαρ ἄη Ζέφυρος μέγας αἰὲν ἐφυδρος.
Τοῖς δ' Ὀδυσσεὺς μετέειπε, συβώτεω πειρητίζων,
Εἶπως οἱ ἑκδὺς χλαῖναν πόροι, ἢ πὰ ἑταίρων
Ἄλλον ἐποτρύνειεν· ἐπεὶ ἔο κήδετο λίην·
Κέκλυθι νῦν Εὔμαιε καὶ ἄλλοι πάντες ἑταῖροι,
Εὐξάμενός κε ἔπος ἐρέω. οἶνος γὰρ ἀνώγει

Ἠλεὸς,

Percuſſit autem in altum tollens ſegmine quercus quod liquerat ſecans:
Illumque reliquit anima: hi autem jugulaverunt & uſtularunt.
Statimque ipſum diviſerunt. cruda autem poſuit ſubulcus,
Undique incipiens a membris, in pinguem adipem.
Et alia quidem in ignem jecit, conſpergens mola,
Minutatim vero ſecuerunt alia, & circum verua fixerunt,
Aſſaveruntque rite, extraxeruntque omnia:
Poſuerunt autem in menſis univerſa. ſubulcus vero
Surrexit diviſurus: (etenim mentibus æqua ſciebat)
Atque illa ſeptifariam omnia partitus eſt dividens:
Partem quidem unam Nymphis & Mercurio Majæ filio
Poſuit vota faciens, cæteras diſtribuit ſingulis:
Dorſis autem Ulyſſem integris honorabat
Albos dentes habentis ſuis: lætificavit autem animum domini:
Atque ipſum compellans allocutus eſt prudens Ulyſſes:
Utinam ſic, Eumæe, dilectus Jovi patri eſſes,
Ut mihi, ſiquidem me talem bonis honoras.
Hunc autem reſpondens alloquebaris Eumæe ſubulce:
Comede optime hoſpitum, & delectare iſtis
Qualia adſunt: deus autem hoc quidem dabit, illud autem ſinet,
Quodcunque ſuo animo vult: poteſt enim omnia.
Dixit, & primitias ſacrificavit Diis ſempiternis.
Libans autem nigrum vinum, Ulyſſi urbium deſtructori
In manibus poſuit. hic autem ſedebat ſuam juxta partem.
Panem autem ipſis diſtribuit Meſaulius, quem ſubulcus
Ipſe *ſibi* comparaverat ſolus abſente domino,
Clam domina & Laerte ſene.
Ipſum quidem a Taphiis emerat de ſuo.
Illi in dapes paratas appoſitas manus extendebant.
At poſtquam potus & eſcæ amorem emiſerunt,
Panem quidem eis abſtulit Meſaulius: ipſi autem in cubile
Pane & carnibus ſaturati iverunt.
Nox autem ſuperveniebat mala obſcura, pluebatque Jupiter
Tota nocte: at ſpirabat Zephyrus magnus ſemper aquoſus.
Poſtea Ulyſſes locutus eſt, ſubulcum tentans,
Si forte exuens lænam ſibi præberet, vel aliquem ſociorum
Alium *dare* juberet: quia ſui curam gerebat valde:
Audi nunc, Eumæe, & cæteri omnes ſocii,
Jactabundus aliquod verbum dicam. vinum enim jubet

Stul-

Ἠλεὸς, ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ' ἀεῖσαι·
Καί δ' ἀπαλὸν γελάσαι, καὶ τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκεν,
Καί τι ἔπος προέηκεν ὄπερ τ' ἄρρητον ἄμεινον.
Ἀλλ' ἐπεὶ δὴ τὸ πρῶτον ἀνέκραγον, ὄκ ἐπικλύσω,
Εἰδὼς ὡς ἡβώοιμι, βίη τέ μοι ἐμπεδος εἴη,
Ὡς ἔδ' ὑπὸ Τροίῃ λόχον ἤγομεν ἀρτιώοντες.
Ἠγείσθω δ' Ὀδυσεύς τε καὶ Ἀτρέος υἱὸς Μενέλαος,
Τοῖσι δ' ἅμα τρίτος ἦρχον ἐγώ· αὐτοὶ γὰρ ἄνωγον.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἱκόμεσθα ποτὶ πτολίεθρον ἀπύτε τεῖχος,
Ἡμεῖς μὲν περὶ δουρὶ κατὰ ῥωπήια πυκνὰ,
Ἀνδόνακας καὶ ἕλος ὑπὸ σάγεσι πεπτηῶτες
Κείμεθα· νὺξ δ' ἄρ' ἐπῆλθε κακὴ, Βορέαο πεσόντος,
Πηγυλὶς, αὐτάρ ὕπερθε χιὼν γένετ' ἠύτε πάχνη
Ψυχρὴ, καὶ σακέεσι περιτρέφετο κρύσταλλος.
Ἔνθ' ἄλλοι πάντες χλαίνας ἔχον ἠδὲ χιτῶνας,
Εὗδον δ' ἄκηλοι σάκεσιν ἐλυμένοι ὤμους·
Αὐτὰρ ἐγὼν χλαῖναν μὲν ἰὼν ἑτάροισιν ἔλειπον
Ἀφραδίως, ἐπεὶ ὄκ ἐφάμην ῥιγωσέμεν ἔμπης·
Ἀλλ' ἐπόμην σάκος οἶον ἔχων καὶ ζῶμα φαεινόν.
Ἀλλ' ὅτε δὴ τρίχα νυκτὸς ἔην, μετὰ δ' ἄστρα βεβήκει,
Καὶ τότ' ἐγὼν Ὀδυσῆα προσηύδων ἐγγὺς ἐόντα,
Ἀγκῶνι νύξας· (ὁ δ' ἄρ' ἐμματέως ὑπάκουσε)
Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν Ὀδυσεῦ,
Οὔτι ἔτι ζωοῖσι μετέσσομαι, ἀλλά με χῆμα
Δάμναται· ἠ γὰρ ἔχω χλαῖναν· παρά μ' ἤπαφε δαίμων,
Οἰοχίτωνα ἔμεναι· νυὼ δ' ὄκ ἔτι φυκτὰ πέλονται.
Ὡς ἐφάμην. ὁ δ' ἔπειτα νόον κέδε πόνδ' ἐνὶ θυμῷ,
Οἷος ἐκεῖνος ἔβη βαλέειν ἠδὲ μάχεσθαι·
Φθεγξάμενος δ' ὀλίγῃ ὀπὶ με πρὸς μῦθον ἔειπε,
Σίγα νυὼ, μήτις σὸν Ἀχαιῶν ἄλλος ἀκούσῃ.
Ἦ καὶ ἐπ' ἀγκῶνος κεφαλὴν κέδεν, ἐπέ τε μῦθον,
Κλῦτε φίλοι, θεός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος.
Λίην γὰρ νηῶν ἐκὰς ἤλθομεν. ἀλλά τις εἴη
Εἰπεῖν Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ποιμένι λαῶν,
Εἰ πλέονας παρὰ ναῦφιν ἐποτρύνει νέεσθαι.
Ὡς ἔφατ'. ὦρτο δ' ἔπειτα Θόας Ἀνδραίμονος υἱὸς
Καρπαλίμως, ἀπὸ δὲ χλαῖναν θέτο φοινικόεσσαν,
Βῆ δὲ θέειν ἐπὶ νῆας· ἐγὼ δ' εὖ ἔμμαθ κέλευθα
Κείμην ἀσπασίως· φάε δὲ χρυσόθρονος ἠώς.

Ὡς

Stultificum, quod impellit ſapientem etiam valde cantare,
Et molliter ridere, & ut ſaltet adigit,
Et aliquod verbum elicit quod non dictum melius,
Sed poſtquam primum garrulus eſſe cœpi, non celabo,
Utinam ita ætate vigerem vireſque mihi incolumes eſſent,
Sicut quando ſub Troja inſidias duximus parantes.
Duces autem erant Ulyſſes & Atrides Menelaus,
Cum his una tertius dux eram ego: ipſi enim jubebant.
Sed quando venimus ad urbem altumque murum,
Nos quidem circa urbem in virgultis denſis,
In ulva & palude ſub armis humi
Jacebamus: nox autem advenit mala, Borea orto,
Gelida, at poſtea nix facta eſt veluti pruina
Frigida, & ſcutis circumnutriebatur glacies.
Ibi alii omnes lænas habebant & tunicas,
Dormiebant autem quieti ſcutis cooperti humeros.
At ego lænam quidem diſcedens ſociis reliqueram
Inſcitia, quoniam non autumabam futurum ut frigerem:
Sed ſequebar ſcutum ſolum habens & tunicam nitidam.
Sed quando jam tertia pars noctis erat, aſtraque tranſierant,
Tunc ego Ulyſſem alloquebar qui prope erat,
Cubito pungens: (qui prompte audivit)
Nobilis Laertiade ſolertiſſime Ulyſſe,
Non amplius vivis interero, ſed me hyems
Domat: non enim habeo lænam. decepit me deus,
Una cum tunica ut eſſem: nunc nullum jam effugium eſt.
Sic dixi. is autem poſtea ſententiam habebat eam in animo,
Qualis ille erat ad conſultandum & pugnandum:
Loquens autem gracili voce ad me verba faciebat:
Sile nunc, ne quis te Achivorum alius audiat:
Dixit & in cubito caput tenuit, verbaque fecit:
Audite amici, divinum mihi in ſomnis aſtitit ſomnium.
Nimis enim a navibus longe venimus. ſed aliquis eat
Nunciatum Atridæ Agamemnoni paſtori populorum,
Si plures a navibus jubeat venire.
Sic dixit. ſurgebatque poſtea Thoas Andræmonis filius
Rapide, lænam autem deponebat purpuream,
Perrexitque currendo ad naves: ego autem in veſte illius
Jacui libenter: illuxitque aureo throno conſpicua Aurora.

Ita

Ὡς νῦν ἠβώοιμι, βίη τέ μοι ἔμπεδον εἴη,
Δοίη κέν τις χλαῖναν ἐϋ εσθμοῖσι συφορβῶν,
Ἀμφότερον, φιλότητι καὶ αἰδοῖ φωτὸς ἐῆος.
Νῦν δέ μ' ἀπημάζουσι κακαὶ χροὶ εἵματ' ἔχονται.
Τὸν δ' ἐπαμειβόμενος προσέφης Εὔμαιε συβῶτα,
Ὦ γέρον, ἀνὴρ μέν τοι ἀμύμων ὃν κατέλεξας,
Οὐδέ κ' ἅπω παρὰ μοῖραν ἔπος νημερδὲς ἔειπες.
Τῷ δὲ τ' ἐσθῆτος δόμεναι ὅτε τοι ἄλλα
Ὧν ἐπέοικ' ἱκέτῃσι καὶ ἀπτολέμοιο ἀνάσσοντι
Νῦν. ἀτὰρ ἠῶθεν γε τὰ σὰ ῥάκεα δυσπαλίξεις.
Οὐ γὰρ πολλαὶ χλαῖναι, ἐπημοιβοί τε χιτῶνες
Ἐνθάδε ἔννυσθαι, μία δ' οἵη φωτὶ ἑκάστῳ.
Αὐτὰρ ἐπὴν ἔλθῃσιν Ὀδυσσῆος φίλος υἱός,
Αὐτός τοι χλαῖνάν τε χιτῶνά τε εἵματα δώσει,
Πέμψει δ' ὅππῃ σε κραδίη θυμός τε κελεύει.
Ὣς ἐπὼν ἀνόρουσε· πίθεν δ' ἄρα οἱ πυρὸς ἐγγύς
Εὐνὴν, ἐν δ' οἰῶν τε καὶ αἰγῶν δέρματ' ἔβαλλεν.
Ἔνθ' Ὀδυσεὺς κατέλεκτ'. ἐπὶ δὲ χλαῖναν βάλεν αὐτῷ
Πυκνὴν καὶ μεγάλην, ἣ οἱ παρεχέσκετ' ἀμοιβὰς,
Ἔννυσθαι ὅτε τις χειμὼν ἐκπαγλος ὄροιτο.
Ὣς ὁ μὲν ἔνθ' Ὀδυσεὺς κοιμήσατο, τοὶ δὲ παρ' αὐτὸν
Ἄνδρες κοιμήσαντο νεηλέες, οὐδὲ συβώτῃ
Ἤνδανεν αὐτόθι κοῖτος ὑῶν ἄπο κοιμηθῆναι·
Ἀλλ' ὅγ' ἄρ' ἔξω ἰὼν ὡπλίζετο. χαῖρε δ' Ὀδυσσεὺς
Οἷσιν ἐπ' ἀγροτέρην νόσφιν ἐόντ' ἀπάτην
Πρῶτον μὲν ξίφος ὀξὺ περὶ στιβαροῖς βάλετ' ὤμοις·
Ἀμφὶ δὲ χλαῖναν εἵσατ' ἀλεξανέμου μάλα πυκνὴν,
Ἂν δὲ νάκος ἕλετ' αἰγὸς εὐτρεφέος μεγάλοιο·
Εἵλετο δ' ὀξὺν ἄκοντα, κυνῶν ἀλκτῆρα καὶ ἀνδρῶν.
Βῆ δ' ἰμεναι κείων ὅθι περ σύες ἀργιόδοντες
Πέτρῃ ὑπὸ γλαφυρῇ ἆδον Βορέω ὑπ' ἰωγῇ.

Ita nunc ſi ætate vigerem virefque mihi incolumes eſſent,
Daret aliquis lænam in ſtabulis ſubulcorum,
Utrunque, & amicitia & reverentia viri boni.
Nunc autem me parum honorant malas circa corpus veſtes habentem.
Hunc autem reſpondens alloquebaris Eumæe ſubulce:
O ſenex, laus quidem tibi bona quam dixiſti,
Neque ullum adhuc præter decorum verbum inutile dixiſti.
Ideo neque veſte indigebis neque aliqua alia re
Earum quæ conveniat ſupplici ærumnoſo occurrenti
Nunc: at mane tuis te pannis amicies.
Non enim multæ lænæ, mutatoriæque tunicæ
Hic ad induendum, una autem ſola viro cuique.
At poſtquam venerit Ulyſſis dilectus filius,
Ipſe tibi lænamque tunicamque veſtes dabit,
Mittetque quo te cor animuſque jubet.
Sic locutus ſurrexit: poſuit autem ei prope ignem
Lectum, oviumque & caprarum pelles injecit.
Ibi Ulyſſes recubuit: inſuper lænam injecit ipſi
Denſam & magnam, quæ ei præbebat copiam mutandi,
Ut ſe indueret quando aliqua tempeſtas terribilis orta eſſet.
Sic hic quidem tunc Ulyſſes dormivit, apudque ipſum
Viri dormierunt juvenes, neque ſubulco
Placuit illic in lecto a ſuibus longe dormire:
Sed is extra iens armabatur: (lætabatur autem Ulyſſes
Quod ſibi facultates curaverat abſenti)
Primum quidem enſem acutum circum fortes poſuit humeros:
Amixitque lænam quæ arceret ventos valde denſam,
Ac pellem ſumpſit capræ bene nutritæ magnæ:
Sumpſit & acutam lanceam, contra canes adjutricem & viros.
Perrexit autem ire dormiturus ubi ſues albidentes
Rupe ſub concava dormiebant Boreæ ſub tegmine.

Ο ΔΥΣΣΕΙΑΣ Ο ΜΗΡΟΥ ΤΗΣ Ο.
ΡΑΨΩΔΙΑΣ

Υπόθεσις.

Τηλέμαχον Αθηνᾶ ὄναρ ἐπισᾶσα εἰς Ιθάκην ἐπανελθεῖν προτρέπεται. ὃς δῶρα παρὰ Μενελάου λαβὼν πέμπεται, καὶ ἐμβαίνει μέλλων εἰς τὴν ναῦν, Θεοκλύμενόν τινα Αργεῖον μάντιν ἀναλαμβάνει ἐπὶ φόνῳ φεύγοντα. καὶ Εὔμαιος Οδυσσεῖ διηγεῖται ὡς Φοίνικες αὐτὸν λῃσάμενοι ἐκ Συρίας νήσου, ἀπέδοντο Λαέρτῃ. καὶ ἡ Τηλεμάχου ναῦς κατάγεται εἰς Ιθάκην, καὶ παύτην εἰς ἄστυ ἀποπέμψας, αὐτὸς πρὸς Εὔμαιον ἔρχεται.

Οὐ ἐπέβη δ' Ιθάκης Οδυσήϊος ἐκ Λακεδαίμονος.

ἨΔ' εἰς εὐρύχορον Λακεδαίμονα Παλλὰς Αθήνη
Ὤχετ', Οδυσσῆος μεγαθύμου φαίδιμον υἱὸν
Νόστου ὑπομνήσουσα, καὶ ὁρμήσουσα νέεσθαι.
Εὗρε δὲ Τηλέμαχον, καὶ Νέστορος ἀγλαὸν υἱὸν,
Εὕδοντ' ἐν προδόμῳ Μενελάου κυδαλίμοιο.
Ἦτοι Νεστορίδην μαλακῷ δεδμημένον ὕπνῳ·
Τηλέμαχον δ' οὐχ ὕπνος ἔχε γλυκύς, ἀλλ' ἐνὶ θυμῷ
Νύκτα δι' ἀμβροσίην μελεδήματα πατρὸς ἔγειρεν.
Ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη προσέφη γλαυκῶπις Αθήνη,
Τηλέμαχ', οὐκ ἔτι καλὰ δόμων ἄπο δηρὸν ἀνάλσαι,
Κτήματά τε προλιπὼν ἄνδρας τ' ἐν σοῖσι δόμοισιν
Οὕτω ὑπερφιάλως· μή τοι κατὰ πάντα φάγωσι
Κτήματα δασσάμενοι, σὺ δὲ πῦσαι ὁδὸν ἔλθῃς.
Ἀλλ' ὅτρυνε τάχιστα βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον,
Πεμπέμεν, ὄφρ' ἔτι οἶκοι ἀμύμονα μητέρα πέτμῃς.
Ἤδη γάρ ῥα πατήρ τε καὶ ἰγνητοὶ τέκονταν
Εὐρυμάχῳ γήμασθαι· ὃ γὰρ περιβάλλει ἅπαντας
Μνηστῆρας δώροισι, καὶ ἐξώφελλεν ἔεδνα.
Μή νύ τι σὰ ἀέκητι δόμων ἐκ κτῆμα φέρηται.
Οἶσθα γὰρ οἷος θυμὸς ἐνὶ στήθεσι γυναικός·
Κείνη βέλτερα οἶκον ὀφέλλειν ὅς κεν ὀπάων,
Παίδων δὲ προτέρων καὶ κεδνοῖο φίλοιο
Οὐκέτι μέμνηται τεθνηότος, οὐδὲ μεταλλᾷ.

Ἀλ-

ODYSSEÆ HOMERI

XV. LIBRI

Argumentum.

TElemacho Minerva in ſomnis aſſiſtens in Ithacam eum redire hortatur. qui donis a Menelao acceptis mittitur, & ingreſſurus in navim, Theoclymenum quendam Argivum vatem recipit propter cædem exulantem. Et Eumæus Ulyſſi narrat uti Phœnices ipſum prædati ex Syria inſula, vendiderint Laertæ. Et Telemachi navis appellitur ad Ithacam, & cum hanc ad urbem remiſiſſet, ipſe ad Eumæum pergit.

O, Appulit ad Ithacam Ulyſſides ex Lacedæmone.

IN latam Lacedæmonem Pallas Minerva
Ivit, ad Ulyſſis magnanimi illuſtrem filium
De reditu admonitura, & hortatura, ut rediret.
Invenit autem Telemachum, & Neſtoris inclytum filium,
Dormientes in veſtibulo domus Menelai illuſtris.
At Neſtoridem molli domitum ſomno:
Telemachum autem ſomnus non tenebat dulcis, ſed in animo
Noctem per ſolitariam curas patris congregabat.
Prope autem ſtans allocuta eſt glauca oculos Minerva:
Telemache, non amplius bene a domo diu vagaris,
Poſſeſſioneſque relinquens viroſque in tuis domibus
Sic ſuperbos: ne tibi omnia comedant *vereor*
Poſſeſſiones dividentes, tu autem inanem viam iveris.
Sed mone citiſſime prælio bonum Menelaum,
Te mittere, ut adhuc domi inculpabilem matrem invenias.
Jam enim paterque fratreſque jubent
Eurymacho nubere. is enim ſuperat omnes
Procos donis, & auget dotes.
Ne quid te invito ex domibus bonorum efferatur.
Scis enim qualis animus in pectoribus mulieris:
Illius vult domum augere quicunque duxerit,
Filiorum autem priorum & mariti primi
Non amplius recordatur mortui, neque inquirit.

Sed

Ἀλλὰ σύγ' ἐλθὼν αὐτὸς ἐπιτρέψειας ἕκαστα
Δμωάων ἥτις σοι ἀρίστη φαίνεται εἶναι,
Εἰσάκε τοι φήνωσι θεοὶ κυδρὴν παράκοιτιν.
Ἄλλο δέ τοι ἐρέω ἔπος· σὺ δὲ σώφρασι θυμῷ.
Μνηστῆρας σ' ἐπιτηδὲς ἀρίστους λοχόωσιν
Ἐν πορθμῷ Ἰθάκης τε Σαμοίου τε παπταλόεσσης,
Ἱέμενοι κτεῖναι πολυπατρίδα γαῖαν ἰκέσθαι.
Ἀλλὰ πάγ' ἐκ οἶω· πολλὰ καὶ πάνα γαῖα κατέδξει
Ἀνδρῶν μνηστήρων, οἵ τοι βίοτον κατέδουσι.
Ἀλλὰ ἑκὰς νήσων ἀπέχειν δύργέα νῆα·
Νυκτὶ δ' ὁμῶς πλεῖειν· πέμψει δέ τοι ἕρον ὀπίσθεν
Ἀθανάτων ὅς τίς σε φυλάσσει τε ῥύεταί τε.
Αὐτὰρ ἐπὴν πρῶτον ἀκτὴν Ἰθάκης ἀφίκηαι,
Νῆα μὲν ἐς πόλιν ὀτρῦναι ἠδὲ πάντας ἑτάρους.
Αὐτὸς δὲ πρώπιστα συβώτεω εἰσαφικέσθαι,
Ὅς τοι ὑῶν ἐπίουρος· ὁμῶς δέ τοι ἥπια οἶδεν.
Ἔνθα δὲ νύκτ' ἀέσαι. τὸν δ' ὀτρῦναι πόλιν ἔσω
Ἀγγελίην ἐρέοντα περίφρονι Πηνελοπείῃ.
Οὕνεκά οἱ σῶς ἐοῖσι, καὶ ἐκ Πύλου ἠλήλυθας.
Ἦ μὲν ἄρ' ὡς εἰπὼν ἀπέβη πρὸς μακρὸν Ὄλυμπον.
Αὐτὰρ ὁ Νεσορίδῃ ἐξ ἠδέος ὕπνος ἔγειρεν,
Λᾶξ ποδὶ κινήσας· καὶ μιν πρὸς μῦθον ἔειπεν.
Ἔγρεο Νεσορίδη Πεισίστρατε, μώνυχας ἵππους
Ζεῦξον ὑφ' ἅρματ' ἄγων, ὄφρα πρήσωμεν ὁδοῖο.
Τὸν δ' αὖ Νεσορίδης Πεισίστρατος ἀντίον ηὔδα,
Τηλέμαχ', ὅπως ἐστὶν, ἐπηγορέοντα περ ὁδοῖο,
Νύκτα διὰ δνοφερὴν ἐλάαν. πάχα δ' ἔσεται ἠώς.
Ἀλλὰ μέν' εἰσόκε δῶρα φέρων ἐπιδίφρια θείη
Ἥρως Ἀτρέιδης δυεκλειτὸς Μενέλαος,
Καὶ μύθοις ἀγανοῖσι παραυδήσας ἀποπέμψῃ.
Τῷ γάρ τε ξεῖνος μιμνήσκεται ἤματα πάντα
Ἀνδρὸς ξεινοδόκου ὅς κεν φιλόφρονα παράσχῃ.
Ὣς ἔφατ'. αὐτίκα δὲ χρυσόθρονος ἤλυθεν ἠώς.
Ἀγχίμολον δέ σφ' ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος,
Ἀνστὰς ἐκ εὐνῆς Ἑλείης παρὰ καλλικόμοιο.
Τὸν δ' ὡς δὴν εἰσεῖδεν Ὀδυσσῆος φίλος υἱὸς,
Σπερχόμενός ῥα χιτῶνα περὶ χροῒ σιγαλόεντα
Δῦνεν, καὶ μέγα φάρος ἐπὶ στιβαροῖς βάλετ' ὤμοις
Ἥρως. βῆ δὲ θύραζε, παρισταμένος δὲ προσηύδα

Τη-

Sed tu veniens ipſe committes ſingula,
Famularum ei quæ tibi optima videbitur eſſe,
Donec tibi præbeant dii illuſtrem uxorem.
Aliud autem tibi verbum dicam: tu vero repone animo.
Procorum tibi diligenter optimi inſidiantur
In freto Ithacæque Samique pulverulentæ,
Cupientes occidere antequam in patriam terram venias.
Sed hæc non puto: ante etiam aliquem terra habebit
Virorum procorum, qui tibi victum comedunt.
Sed longe ab inſulis abſtine bene fabricatam navem:
Nocte pariter naviga. mittet autem tibi ventum a tergo
Immortalium quicunque te cuſtoditque tueturque.
Aſt ubi ad primum littus Ithacæ perveneris,
Navem quidem in urbem impelle & omnes ſocios:
Ipſe autem primum ſubulcum adito,
Qui tibi ſuum cuſtos, ſimulque tibi bene vult.
Illic autem noctem dormi. eumque mitte in urbem
Nuncium dicturum prudenti Penelopæ,
Quod ei ſalvus ſis, & ex Pylo veneris.
Hæc quidem ſic fata abivit ad magnum olympum.
At hic Neſtoridem ex dulci ſomno excitavit,
Calcitrando pede movens: & ad ipſum verbum dixit:
Surge Neſtoride Piſiſtrate, ſolidos ungulis equos
Junge ſub currus ducens, ut eamus viam.
Hunc autem Neſtorides Piſiſtratus contra allocutus eſt:
Telemache, nondum licet, feſtinantes quamvis ad iter,
Noctem per tenebroſam agere *equos*. cito autem aderit Aurora.
Sed mane dum dona ferens in currus ponat
Heros Atrides lancea inclytus Menelaus,
Et verbis mitibus conſolatus dimittat.
Etenim hoſpes recordatur dies omnes
Viri hoſpitalis qui amicitiæ copiam fecerit.
Sic fatus eſt, ſtatim autem aureo throno conſpicua venit Aurora:
Propius autem ipſos adiit prælio ſtrenuus Menelaus.
Surgens ex lecto Helena a pulchricoma.
Hunc poſtquam cognovit Ulyſſis dilectus filius,
Feſtinans tunicam circa corpus ſtupendam
Induit, & magnum pallium in fortes jecit humeros
Heros. ivit autem foras, aſtans autem allocutus eſt

Τηλέμαχ' φίλ' υἱὸς Ὀδυσῆ' θείοιο,
Ἀτρείδη Μενέλαε Διοτρεφὲς, ὄρχαμε λαῶν,
Ἤδη νῦν μ' ἀπόπεμπε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.
Ἤδη γάρ μοι θυμὸς ἐέλδεται οἶκαδ' ἱκέσθαι.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα βοὴν ἀγαθὸς Μενέλα',
Τηλέμαχ', ἦ σ' ἔγωγε πολὺν χρόνον ἐνδάδ' ἐρύξω
Ἐέμενον νόστοιο. νεμεσσώμαι δέ κ' ἄλλῳ
Ἀνδρὶ ξεινοδόκῳ, ὅς κ' ἔξοχα μὲν φιλέῃσιν,
Ἔξοχα δ' ἐχθαίρῃσιν. ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα.
Ἴσόν τοι κακὸν ἐσθ' ὅς τ' ἂκ ἐθέλοντα νέεσθαι
Ξεῖνον ἐποτρύνῃ, καὶ ὃς ἐσσύμενον κατερύκῃ.
Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.
Ἀλλὰ μὲν εἰσόκε δῶρα φέρων ἐπιδίφρια δείω
Καλὰ, σὺ δ' ὀφθαλμοῖσιν ἴδῃς· ἔπω δὲ γυναιξὶν
Δεῖπνον ἐνὶ μεγάροις τετυκεῖν ἄλις ἔνδον ἐόντων.
Ἀμφότερον, κῦδός τε καὶ αἰγλαίη, καὶ ὄνειαρ,
Δειπνήσαντας ἰμὲν πολλὴν ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν.
Εἰ δ' ἐθέλεις τρεφθῶμεν ἀν' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος,
Ὅφρά τοι αὐτὸς ἕπωμαι, ὑποζεύξω δέ τοι ἵππους·
Ἄστεα δ' ἀνδρῶπων ἡγήσομαι· ἀδέ τις ἡμέας
Οὕτως ἀποπέμψει, δώσει δέ τι ἕν γε φέρεσθαι,
Ἢ ἕνα τρηπόδων ὠκάλκων ἠὲ λεβήτων,
Ἢ δύ' ἡμιόνους, ἠὲ χρύσειον ἄλεισον.
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχ' πεπνυμένως ἀντίον ηὔδα,
Ἀτρείδη Μενέλαε, διοτρεφὲς, ὄρχαμε λαῶν,
Βούλομαι ἤδη νεῖσθαι ἐφ' ἡμέτερ'· (οὐ γὰρ ὀπίσσω
Οὖρον ἰὼν κατέλειπον ἐπὶ κτεάτεσσιν ἐμοῖσι)
Μὴ πατρὸς ἀνιάσθεον διζήμενος αὐτὸς ὀλώμαι,
Ἢ τί μοι ἐκ μεγάρων κειμήλιον ἐσθλὸν ὄληται.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τόν' ἄκουσε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλα',
Αὐτίκ' ἄρ' ἦ ἀλόχῳ ἠδὲ δμῳῇσι κέλευσε
Δεῖπνον ἐνὶ μεγάροις τετυκεῖν ἄλις ἔνδον ἐόντων.
Ἀγχίμολον δέ οἱ ἦλθε Βοηθοίδης Ἐτεωνεύς,
Ἀνσὰς ἐξ εὐνῆς· ἐπεὶ ἡ πολὺ ναίεν ἀπ' αὐτῶ.
Τὸν πῦρ κῆαι ἄνωγε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλα',
Ὀπτῆσαί τε κρεῶν. ὁ δ' ἄρ' ἒκ ἀπίθησεν ἀκούσας.
Αὐτὸς δ' ἐς θάλαμον κατεβήσατο κηώεντα,
Οὐκ οἶ', ἅμα τῷγ' Ἑλένη κίε καὶ Μεγαπένθης.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἵκανον ὅθι οἱ κειμήλια κεῖτο,

Ἀτρεί-

Telemachus dilectus filius Ulyſſis divini:
Atride Menelae, Jovis alumne, princeps populorum,
Jam nunc me remitte dilectam in patriam terram.
Jam enim mihi animus cupit domum ire.
Huic autem reſpondit poſtea pugna ſtrenuus Menelaus:
Telemache, non te ego multo tempore hic detinebo
Cupientem reditus. ſuccenſerem autem & alii
Viro hoſpitali, qui vel nimis diligeret,
Vel nimis odiſſet. meliora enim modica omnia.
Æquale malum eſt qui & nolentem redire
Hoſpitem impellit, & qui abire geſtientem detinet.
Oportet hoſpitem præſentem diligere, volentem autem dimittere.
Sed mane donec dona ferens in currum ponam
Pulchra, tuque oculis videas: dicam autem mulieribus
Prandium domi ut parent abunde ex iis quæ intus ſunt.
Utrumque, gloriaque & ſplendor, & utilitas erit.
Si pranſi eatis multam ſuper interminatam terram.
Si autem vis divertere per Græciam & medium Argos,
Ut te ipſe ſequar, ſubjungamque tibi equos:
Et ad urbem hominum ducam: neque quiſquam nos
Fruſtra remittet: dabit autem aliquid unum ſaltem ferendum,
Aut aliquem tripodem bene æratorum, aut lebetem,
Aut duos mulos, aut aureum poculum.
Hunc autem rurſus Telemachus prudens contra allocutus eſt:
Atride Menelae divine, princeps populorum,
Volo jam redire ad noſtra: (non enim poſt *me*
Cuſtodem diſcedens reliqui facultatibus meis)
Ne patrem divinum quærens ipſe peream,
Aut aliquid mihi ex domibus pretioſi domi pereat.
At poſtquam hoc audivit bello ſtrenuus Menelaus,
Statim ſuam uxorem & famulas juſſit
Cibum domi parare abunde ex iis quæ intus eſſent.
Propius autem ad ipſum venit Boethœdes Eteoneus
Surgens ex lecto: quoniam non procul habitabat ab ipſo.
Hunc ignem accendere juſſit prælio ſtrenuus Menelaus,
Aſſareque carnes. qui non immorigerus fuit audiens.
Ipſe autem in thalamum deſcendit redolentem,
Non ſolus, ſimul cum ipſo Helena ibat & Megapenthes.
Sed quando jam pervenerunt ubi ei gazæ jacebant,

Ἀτρείδης μὲν ἔπειτα δέπας λάβεν ἀμφικύπελλον,
Τίον δὲ κρητῆρα φέρειν Μεγαπένθε᾽ ἄνωγεν
Ἀργύρεον. Ἑλένη δὲ παρίστατο φωριαμοῖσιν,
Ἔνθ᾽ ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ὃς κάμεν αὐτή·
Τῶν ἓν ἀειραμένη Ἑλένη φέρε δῖα γυναικῶν,
Ὃς κάλλιστος ἔην ποικίλμασιν, ἠδὲ μέγιστος,
Ἀστὴρ δ᾽ ὡς ἀπέλαμπεν, ἔκειτο δὲ νείατος ἁπάντων.
Βὰν δ᾽ ἰέναι προτέρω διὰ δώματος, ἕως ἵκοντο
Τηλέμαχον. τὸν δὲ προσέφη ξανθὸς Μενέλαος,
Τηλέμαχ᾽, ἦτοι νόστον ὅπως φρονεῖ σῇσι μενοινᾷς,
Ὡς τοι Ζεὺς τελέσειεν ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης.
Δώρων δ᾽ ὅσσ᾽ ἐν ἐμῷ οἴκῳ κειμήλια κεῖται,
Δώσω ὃ κάλλιστον καὶ τιμιώτατόν ἐστιν.
Δώσω τοι κρητῆρα τετυγμένον. ἀργύρεος δὲ
Εἶν᾽ ἅπας, χρυσῷ δ᾽ ἐπὶ χείλεα κεκράανται.
Ἔργον δ᾽ Ἡφαίστοιο· πόρεν δέ ἑ φαίδιμος ἥρως
Σιδονίων βασιλεύς, ὅθ᾽ ἑὸς δόμος ἀμφεκάλυψεν
Κεῖσέ με νοστήσαντα. τεὴν δ᾽ ἐθέλω τόδ᾽ ὀπάσσαι.
Ὣς εἰπὼν, ἐν χερσὶ τίθει δέπας ἀμφικύπελλον
Ἥρως Ἀτρείδης. ὁ δ᾽ ἄρα κρητῆρα φαεινὸν
Θῆκ᾽ αὐτῷ προπάροιθε φέρων κρατερὸς Μεγαπένθης
Ἀργύρεον. Ἑλένη δὲ παρίστατο καλλιπάρῃος,
Πέπλον ἔχουσ᾽ ἐν χερσίν. ἔπος τ᾽ ἄφατ᾽, ἔκ τ᾽ ὀνόμαζεν,
Δῶρόν τοι ἔγωγε, τέκνον φίλε, τῶπερ δίδωμι,
Μνῆμ᾽ Ἑλένης χειρῶν, πολυπρήτου ἐς γάμον ὥρην
Σῇ ἀλόχῳ φορέειν· τείως δὲ φίλη παρὰ μητρὶ
Κείσθω ἐνὶ μεγάρῳ. σὺ δέ μοι χάρμα φρένα κιοῖο
Οἶκον ἐϋπτίμενον ἐς σὴν ἐς πατρίδα γαῖαν.
Ὣς εἰπὼν ἐν χερσὶ τίθει. ὁ δ᾽ ἐδέξατο χαίρων.
Καὶ τὰ μὲν ἐς πειρῆνα τίθει Πεισίστρατος ἥρως
Δεξάμενος, ἦλθε δὲ πάντα ἐῷ θυμήσατο θυμῷ.
Τοὺς δ᾽ ἦγε πρὸς δῶμα κάρη ξανθὸς Μενέλαος
Ἑζέσθην δ᾽ ἄρ᾽ ἔπειτα κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε.
Χέρνιβα δ᾽ ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
Καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρείοιο λέβητος,
Νίψασθαι· παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν.
Σῖτον δ᾽ αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα,
Εἴδατα πόλλ᾽ ἐπιθεῖσα, χαριζομένη παρεόντων.
Πὰρ δὲ Βοηθοίδης κρέα δαίετο, ἦ νέμε μοίρας,

Ὦρσε-

Atrides quidem poſtea poculum cepit rotundum,
Filium autem cratera portare Megapenthem juſſit
Argenteum. Helena autem aſtitit arcis,
Ubi erant ei pepla variegata, quæ laboraverat ipſa:
Horum unum tollens Helena portabat præſtantiſſima mulierum,
Quod pulcherrimum erat variegationibus, & maximum;
Uti ſtella autem reſplendebat, jacebat autem extremum *omnium* aliorum.
Perrexerunt autem ire ulterius per domum, donec pervenerunt
Ad Telemachum, quem alloquebatur flavus Menelaus:
Telemache, utique reditum ut mente tua cogitas,
Sic tibi Jupiter perficiat tonans maritus Junonis.
Donorum autem quæcumque in mea domo repoſita jacent,
Dabo quod optimum & pretioſiſſimum eſt.
Dabo tibi cratera fabricatum: argenteus autem
Eſt totus, auroque labra perfecta ſunt.
Opus autem Vulcani: præbuit vero id mihi illuſtris heros
Sidoniorum rex, quando ejus domus habuerat
Illic me reverſum. tibi autem volo hoc præbere.
Sic dicens, in manibus poſuit poculum rotundum
Heros Atrides. at cratera lucidum
Poſuit ante ipſum ferens fortis Megapenthes
Argenteum. Helena autem aſtitit pulchra genas,
Peplum habens in manibus: verbumque dixit, & appellavit:
Donum tibi & ego, fili dilecte, hoc do,
Memoriam Helenæ manuum, optatarum in nuptiarum tempus
Tuæ uxori geſtandum: interim autem dilectam apud matrem
Jaceat in domo. tu autem mihi lætus abi
Domum bene ædificatam & tuam in patriam terram.
Sic fata in manibus poſuit. hic autem ſuſcepit gaudens.
Et hæc quidem in capſum poſuit Piſiſtratus heros
Accipiens, & omnia ſuo admirabatur animo.
Hos autem duxit ad domum capite flavus Menelaus:
Sederunt autem poſtea in ſedibuſque ſoliiſque.
Aquam vero famula gutturnio infudit ferens
Pulchro, aureo, ſuper argenteo lebete,
Ad lavandum: juxtaque politam explicuit menſam.
Panem autem honeſta famula appoſuit ferens,
Dapes multas imponens, gratificans de præſentibus.
Juxtaque Boethœdes carnes incidebat, & diſtribuebat partes,

Ὠνοχάρη δ' υἱὸς Μενελάου κυδαλίμοιο.
Οἱ δ' ἐπ' ὀνείατ' ἐποῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο,
Καὶ τότε Τηλέμαχος καὶ Νέστορος ἀγλαὸς υἱὸς
Ἵππους τε ζεύγνυντ', ἀνὰ δ' ἅρματα ποικίλ' ἔβαινον·
Ἐκ δ' ἔλασαν προθύροιο καὶ αὐθούσης ἐριδούπου.
Τοὺς δὲ μετ' Ἀτρείδης ἔκιε ξανθὸς Μενέλαος,
Οἴνου ἔχων ἐν χειρὶ μελίφρονα δεξιτερῇφι,
Χρυσέῳ ἐν δέπαϊ, ὄφρα λείψαντε κιοίτην.
Στῆ δ' ἵππων προπάροιθε· δεδισκόμενον δὲ προσηύδα,
Χαίρετον ὦ κοῦρω, καὶ Νέστορι ποιμένι λαῶν
Εἰπεῖν· ἦ γὰρ ἐμοῖγε πατὴρ ὡς ἤπιος ἦεν,
Εἶος ἐν Τροίῃ πολεμίζομεν υἷες Ἀχαιῶν.
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα,
Καὶ λίην καίνῳ γε, διοτρεφές, ὡς ἀγορεύεις,
Παῦπα πάϊ· ἐλθόντες καταλέξομεν. αἶ γὰρ ἐγὼν ὡς
Νοστήσας, Ἰθάκηνδε κιών, Ὀδυσῆϊ ἐνὶ οἴκῳ
Εἴποιμ' ὡς παρὰ σεῖο τυχὼν φιλότητος ἁπάσης
Ἔρχομαι, αὐτὰρ ἄγω κειμήλια πολλὰ καὶ ἐσθλά.
Ὡς ἄρα οἱ ἠπύοντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις,
Αἰετός, ἀργὺν χῆνα φέρων ὀνύχεσι πέλωρον,
Ἥμερον ἐξ αὐλῆς· οἱ δ' ἰύζοντες ἕποντο
Ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες. ὁ δέ σφιν ἐγγύθεν ἐλθὼν
Δεξιὸς ἴζε πρόσθ' ἵππων. οἱ δὲ ἰδόντες
Γήθησαν, καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἰάνθη.
Τοῖσι δὲ Νεστορίδης Πεισίστρατος ἦρχετο μύθων,
Φράζεο δὴ Μενέλαε διοτρεφές, ὄρχαμε λαῶν,
Εἰ νῶϊν πόδ' ἔφυνε θεὸς πέρας, ἦέ σοι αὖτῷ.
Ὡς φάτο. μερμήριξε δ' ἀμύμων Μενέλαος
Ὅππως οἱ κατὰ μοῖραν ὑποκλίναντο νοῆσαι.
Τὸν δ' Ἑλένη ταναύπεπλος ὑποφθαμένη φάτο μῦθον,
Κλῦτέ μοι, αὐτὰρ ἐγὼ μαντεύσομαι ὡς ἐνὶ θυμῷ
Ἀθάνατοι βάλλουσι, καὶ ὡς τελέεσθαι οἴω.
Ὡς ὅδε χῆν ἥρπαξ' ἀπαμωμένην ἐνὶ οἴκῳ
Ἐλθὼν ἐξ ὄρεος, ὅθι οἱ γενεή τε τόκος τε·
Ὡς Ὀδυσεὺς κακὰ πολλὰ παθὼν, καὶ πολλ' ἐπαληθείς,
Οἴκαδε νοστήσει, καὶ πάσεται· ἦέ καὶ ἤδη
Οἶκοι, ἀνὴρ μνηστῆρσι κακὰ πάντεσσι φυτεύει.
Τὴν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα,
Οὔ-

Vinum autem infundebat filius Menelai inclyti.
Illi ad dapes paratas appoſitas manus mittebant.
At poſtquam potus & cibi amorem emiſerunt,
Tunc Telemachus & Neſtoris illuſtris filius
Equos junxerunt, inque currus variegatos aſcenderunt:
Exegerunt autem equos extra veſtibulum & porticum reſonantem.
Cum his autem Atrides ibat flavus Menelaus,
Vinum habens in manu dulce dextra,
Aurea in patera, ut ubi libaſſent irent.
Stabat autem ante equos: & venerabundus alloquebatur:
Valete o juvenes, & Neſtori paſtori populorum
Dicite: certe enim mihi pater tanquam mitis erat,
Quamdiu ad Trojam pugnavimus filii Achivorum.
Hunc autem Telemachus prudens allocutus eſt:
Et omnino illi, generoſe, ſicut dicis,
Omnia hæc profecti narrabimus. utinam enim ego ſic
Reverſus, in Ithacam veniens, Ulyſſi in domo
Dicam ut abs te conſecutus benevolentiam omnem
Venio: afferoque gazas multas & bonas.
Sic ei dicenti ſupervolavit dextera avis,
Aquila, album anſerem ferens unguibus magnum,
Domeſticum e corte: clamantes autem ſequebantur
Viri & mulieres. hæc autem ipſos prope veniens
Dextera emicuit ante equos. hi autem videntes
Delectabantur, & omnibus in præcordiis animus lætatus eſt.
His autem Neſtorides Piſiſtratus incepit ſermonem:
Conſidera jam Menelae generoſe, princeps populorum,
Num nobis hoc oſtendit deus oſtentum, an tibi ipſi.
Sic dixit. cogitabat autem bellicoſus Menelaus
Quomodo ei rite reſponderet conſiderata re:
Quem Helena ſtolata præveniens dixit verbum:
Audite me, at ego vaticinabor ſicut in animo
Immortales jaciunt, & ſicut perfectum iri puto.
Sicut hæc anſerem rapuit nutritum in domo
Veniens ex monte, ubi ei proleſque partuſque:
Sic Ulyſſes mala multa paſſus, & multa vagatus,
Domum redibit, & puniet: aut etiam jam tum
Eſt domi, at procis mala omnibus plantat.
Hanc autem rurſus Telemachus prudens allocutus eſt:

Οὕτω νῦν Ζεὺς δεῖν ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης,
Τῷ κέν τοι καὶ κῆδι δεῷ ὣς ὀΐχετο᾽μῶλον.
Ἦ, καὶ ἐφ᾽ ἵπποιϊν μάστιν βάλεν· οἱ δὲ μάλ᾽ ὦκα
Ἤϊξαν πεδίοιδε διὰ πτόλιος μεμαῶτες.
Οἱ δὲ πανημέριοι σεῖον ζυγὸν ἀμφὶς ἔχοντες.
Δύσετό τ᾽ ἠέλιος, σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί.
Εἰς Φηρὰς δ᾽ ἵκοντο, Διοκλῆος ποτὶ δῶμα
Τληέος Ὀρσιλόχοιο, τὸν Ἀλφειὸς τέκε παῖδα.
Ἔνθα δὲ νύκτ᾽ ἄεσαν· ὁ δὲ τοῖς πάρ ξείνια θῆκεν.
Ἦμος δ᾽ ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
Ἵππους τε ζεύγνυντ᾽, ἀνὰ θ᾽ ἅρματα ποικίλ᾽ ἔβαινον·
Ἐκ δ᾽ ἔλασαν προθύροιο καὶ αὐθούσης ἐλατῆρα.
Μάστιξεν δ᾽ ἐλάαν· τὸ δ᾽ ἐκ ἄκοντε πετέσθην.
Αἶψα δ᾽ ἔπειθ᾽ ἵκοντο Πύλον αἰπὺ πτολίεθρον.
Καὶ τότε Τηλέμαχος προσεφώνεε Νέστορος υἱόν,
Νεστορίδη, πῶς κεύ μοι ὑποχόμενοι τελέσειας
Μῦθον ἐμόν; ξεῖνοι δὲ διαμπερὲς ἀχόμεθ᾽ εἶναι
Ἐκ πατέρων φιλότητι· πατὴρ καὶ ὁμήλικές ἐσμεν.
Ἥδε δ᾽ ὁδὸς καὶ μᾶλλον ὁμοφροσύνην σύνισε.
Μή με παρὲξ ἄγε νῆα, διοτρεφές, ἀλλὰ λίπ᾽ αὐτῆ,
Μή με γέρων ἀέκοντα κατάσχῃ ὦ σὺ οἶκω,
Ἱέμενοι φιλέειν. ἐμὲ δὲ χρεὼ θᾶσσον ἱκέσθαι.
Ὣς φάτο. Νεστορίδης δ᾽ ἄρ᾽ ἐῷ συμφράσσατο θυμῷ
Ὅππως οἱ κατὰ μοῖραν ὑποχόμενοι τελέσειεν.
Ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι·
Στρέψ᾽ ἵππους ἐπὶ νῆα θοὴν καὶ δῖναν ἁλὸς ἄγειν.
Νηῒ δ᾽ ἐνὶ πρύμνῃ ἐξάνυσεν κάλλιμα δῶρα,
Ἐσθῆτα, χρυσόν τε, τά οἱ Μενέλαος ἔδωκε.
Καὶ μιν ἐποτρύνων ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Σπεῦδε νῦν αὐάβαινε, κέλευέ τε πάντας ἑταίρους,
Πρὶν ἐμὲ οἶκαδ᾽ ἱκέσθαι, ἀπαγγεῖλαί τε γέροντι.
Εὖ γὰρ ἐγὼ πάδε οἶδα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
Οἷος ἐκείνου θυμὸς ὑπέρβιος, ἔ σε μεθήσει,
Ἀλλ᾽ αὐτὸς καλέων δῶρ᾽ ἐσεται. ὧδέ σέ φημι
Αὖτις ἰέναι κιόντα· μάλα γὰρ κεχολώσεται ἔμπης.
Ὣς ἄρα φωνήσας ἔλασεν καλλίτριχας ἵππους
Αὖτις Πυλίων εἰς ἄστυ, δοῶς δ᾽ ἄρα δώματ᾽ ἵκανε.
Τηλέμαχος δ᾽ ἑτάροισιν ἐποτρύνων ἐκέλευσεν,
Εὐκοσμεῖτε τὰ τεύχε᾽ ἑταῖροι νηὶ μελαίνῃ·

Αὐ-

Sic nunc Jupiter faciat tonans maritus Junonis,
Ideo tibi & illic deo tanquam ſupplicarem.
Dixit, & equis flagellum impegit: hi autem valde celeriter
Ruerunt in campum per urbem feſtinantes.
Iique toto die quatiebant jugum utrinque habentes.
Occidit autem ſol, obſcuratæque ſunt omnes viæ.
In Pheraſque pervenerunt, Dioclis ad domum
Filii Orſilochi, quem Alpheus genuit filium.
Illic nocte dormierunt: hic autem his hoſpitalia apposuit.
Quando autem matutina apparuit roſea digitis Aurora,
Equoſque junxerunt, curruſque variegatos aſcenderunt:
Et impulerunt extra veſtibulum atque porticum reſonantem.
Flagellavitque impellendo: illi autem non inviti volabant.
Statim autem poſtea venerunt *ad* Pyli altam urbem.
Et tunc Telemachus allocutus eſt Neſtoris filium:
Neſtoride, quomodo mihi pollicitus perficeres
Verbum meum? hoſpites autem omnino dicimus nos eſſe
Ex patrum amicitia: quin & æquales ſumus:
Hæc autem via & magis concordia *hos* conjunget.
Ne me præter navem agas generoſe, ſed relinque illic,
Ne me ſenex invitum ſua detineat in domo,
Cupiens amanter tractare: me autem opus eſt cito ire.
Sic dixit. Neſtorides autem ſuo conſultabat animo
Quomodo ei rite pollicitus perficeret.
Sic autem ei cogitanti viſum eſt melius eſſe:
Vertebat equos ad navem velocem & littus maris:
Navem autem apud extimam eximebat pulcherrima dona,
Veſtem, aurumque, quæ ei Menelaus dederat.
Et ipſum cohortans verbis volucribus alloquebatur:
Cum feſtinatione nunc aſcende, jubeque omnes ſocios,
Antequam ego domum eam, nunciemque ſeni,
Bene enim ego hoc ſcio in mente & in animo,
Qualis illius animus violentus, non te dimittet,
Sed ipſe vocaturus huc veniet. neque te autumo
Retro iturum vacuum: valde enim iraſcetur tamen.
Sic fatus impulit pulchros crinibus equos
Retro Pyliorum in urbem, velociter autem domum pervenit.
Telemachus autem ſocios incitans hortabatur:
Adornate armamenta, ſocii, in nave nigra:

Ipſi-

Αὐτοί τ' ἀμβαίνωμεν, ἵνα πρήσωμεν ὁδοῖο.
Ὣς ἔφαθ'. οἱ δ' ἄρα τῷ μάλα μὲν κλύον, ἠδ' ἐπίθοντο·
Αἶψα δ' ἀρ' ἐσβαινον, ἧ ἐπὶ κληῖσι κάθιζον·
Ἧστο ὁ μὲν τὰ πονεῖτο, ἧ ἔχετο· ὖδε δ' Ἀθήνη
Νηὶ παρὰ πρύμνη. χεδόθεν δέ οἱ ἤλυθεν αὐτὴρ
Τηλεδαπὸς, φάλαγγος ἐξ Ἀργείης, ἄνδρα κατακτὰς,
Μαύπτα. ἀπὰρ γενεὴν γε Μελάμποδος ἔκγονος ἦεν.
Ὅς πρὶν μὲν ποτ' ἔναιε Πύλῳ ἔνι μητέρι μήλων,
Ἀφνειὸς Πυλίοισι μέγ' ἔξοχα δώμασι ναίων.
Δὴ τότε γ' ἄλλον δῆμον ἀφίκετο, πατρίδα φάλαγγος,
Νηλέα τε μεγάθυμον, ἀγαυότατον ζωόντων,
Ὅς οἱ χρήματα πολλὰ τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτὸν
Εἶχε βίᾳ· ὁ δὲ τεῖος μὲν αὖ μεγάροις Φυλάκοιο
Δεσμῷ ἐν ἀργαλέῳ δέδετο, κρατερὰ ἄλγεα πάσχων,
Εἵνεκα Νηλῆος κούρης, ἄτης τε βαρείης,
Τὴν οἱ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ δασπλῆτις Ἐρινύς·
Ἀλλ' ὁ μὲν ἔφυγε κῆρα, ἧ ἤλασε βῆς ἐρεμύκης
Ἐς Πύλον ἐκ Φυλάκης, ἧ ἐτίσατο ἔργον ἀεικὲς,
Ἀτάσθαλον Νηλῆα, κασιγνήτῳ τε γυναῖκα
Ἠγάγετο πρὸς δώματ', ὁ δ' ἄλλων ἵκετο δῆμον,
Ἄργος ἐς ἱπποβοτον· τόθι γάρ νύ οἱ ἄσιμον ἦεν
Ναιέμεναι πολλοῖσιν ἀνάσσοντ' Ἀργείοισιν.
Ἔνθα δ' ἔγημε γυναῖκα, ἧ ὑψερεὲς θέτο δῶμα.
Γείνατο δ' Ἀντιφάτην ἧ Μάντιον, ἔγε κραταιώ.
Ἀντιφάτης μὲν ἔτικτεν Ὀϊκλῆα μεγάθυμον·
Αὐτὰρ Ὀϊκλείης λαοσσόον Ἀμφιάραον,
Ὃν περὶ κῆρι φίλα Ζεὺς τ' αἰγίοχος ἧ Ἀπόλλων
Πάντοίῃ φιλότητ'. οὐδ' ἵκετο γήραος οὐδόν,
Ἀλλ' ὄλετ' ἐν Θήβῃσι, γυναικῶν εἵνεκα δώρων.
Τῷ δ' υἱεῖς ἐγένοντ' Ἀλκμάων Ἀμφίλοχός τε.
Μάντιος αὖ τέκετο Πολυφείδεά τε Κλεῖτόν τε.
Ἀλλ' ἦτοι Κλεῖτον χρυσόθρονος ἥρπασεν Ἠὼς,
Κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.
Αὐτὰρ ὑπέρθυμον Πολυφείδεα μάντιν Ἀπόλλων
Θῆκε βροτῶν ὀχ' ἄριστον, ἐπεὶ θανέν Ἀμφιάρηος,
Ὅς ῥ' Ὑπερησίηνδ' ἀπενάσσατο πατρὶ χολωθείς·
Ἔνθ' ὅγε ναιετάων μαντεύετο πᾶσι βροτοῖσι.
Τῷ μὲν ἄρ' υἱὸς ἐπῆλθε, Θεοκλύμενος δ' ὄνομ' ἦεν,
Ὅς τότε Τηλεμάχῳ πέλας ἵστατο· τὸν δ' ἐνίχανε

Σπέρ-

Ipſique aſcendamus, ut trajiciamus *marino* itinere.
Sic dixit: illi autem eum & audiverunt quam maxime, eique obediverunt,
Et ſtatim ingreſſi ſunt, inque tranſtris ſederunt:
Jamque is hæc deproperabat, & vota faciebat: immolabatque Minervæ
Navem apud extimam. *cum* prope ad eum venit vir
Peregrinus, extorris ex Argo, viro interfecto,
Vates: at genere Melampodis proles erat.
Qui antea quidem quondam habitaverat in Pylo matre ovium,
Dives inter Pylios maxime excellentem domum habitans.
Atque tunc *in* alium populum pervenerat, patriam fugiens,
Neleumque magnanimum, clariſſimum viventium,
Qui ejus opes multas integrum in annum
Tenuit vi: ille autem tamdiu in domo Phylaci
Vinculo in gravi ligatus fuerat *antea*, duros dolores patiens,
Propter Nelei filiam, labemque gravem
Quam ei precordiis indiderat acceſſu exitialis Erinnys:
Sed is effugit quidem mortem, & abegit boves mugitibus acres
In Pylum ex Phylaca, & ultus eſt factum nefarium,
Divinum Neleum, fratrique uxorem
Duxit domum. ipſe autem aliorum ivit ad populum,
In Argos equis paſcendis aptum: ibi enim ei fatale erat
Habitare multis imperantem Argivis.
Ibi autem duxit uxorem, & altam poſuit domum.
Genuit autem Antiphatem & Mantium, filios fortes.
Antiphates quidem genuit Oicleum magnanimum:
At Oicleus populi ſervatorem Amphiaraum,
Quem corde dilexit Jupiterque Ægiochus & Apollo
Omni amore: neque pervenit *ad* ſenectutis limen,
Sed periit in Thebis, muliebrium gratia donorum.
Hujus autem filii fuerunt Alcmaon Amphilocuſque.
Mantius rurſum genuit Polyphidemque Clitumque.
Sed Clitum quidem aureo ſolio conſpicua rapuit Aurora,
Pulchritudinis gratia ejus, ut immortalibus intereſſet.
At magnanimum Polyphidem vatem Apollo
Conſtituit hominum longe optimum, poſtquam mortuus eſt Amphiaraus,
Qui in Hypereſiam migravit patri iratus:
Ubi ille habitans vaticinabatur omnibus mortalibus.
Hujus igitur filius advenit, Theoclymenus autem nomen erat,
Qui tunc Telemachum prope ſtetit: hunc autem invenit

Σπένδοντ', ἀχόμενόν τε δοὴν παρὰ νηὶ μελαίνῃ·
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ὦ φίλ', ἐπεί σε δύνατα κιχάνω τῷδ' ἐνὶ χώρῳ,
Λίσσομ' ὑπὲρ υἱέων ἠδ' ἀμφίπολον, αὐτάρ ἔπειτα
Σῆς τ' αὐτῆ κεφαλῆς ἠδ' ἑταίρων οἵ τοι ἕπονται,
Εἰπέ μοι ἠρεμέως νημερτέα, μηδ' ἐπικεύσῃς.
Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος αὐτίον ηὔδα,
Τοιγὰρ ἐγώ τοι ξεῖνε μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω.
Ἐξ Ἰθάκης γένος εἰμί, πατὴρ δέ μοί ἐστιν Ὀδυσσεύς,
Εἴ ποτ' ἔην· νῦν δ' ἤδη ἀπέρθιτο λυγρῷ ὀλέθρῳ.
Τέκνα νῶϊ ἑτάρους τε λαβὼν ἠὲ νῆα μέλαιναν,
Ἦλθον πεύσόμενος πατρὸς δῖον οἰχομένοιο.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε Θεοκλύμενος θεοειδὴς,
Οὕτω τοι ἠγὼν ἐκ πατρίδος, ἀνδρα κατακτὰς
Ἔμφυλον· πολλοὶ δὲ κασίγνητοί τε ἔασι τε
Ἄργος ἀν' ἱππόβοτον, μέγα δὲ κρατέουσιν Ἀχαιοί.
Τῶν ὑπαλεύμενος θανάτον ἠὲ κῆρα μέλαιναν
Φεύγω· ἐπεί νύ μοι αἶσα κατ' ἀνθρώπους ἀλάλησθαι.
Ἀλλά με νηὸς ἕπεσθαι, ἐπεί σε φυγὼν ἱκέτευσα,
Μή με κατακτείνωσι. διωκέμεναι γὰρ ὀΐω,
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα,
Οὐ μὲν δή σ' ἐθέλοντά γ' ἀπώσω νηὸς ἐίσης·
Ἀλλ' ἕπεο, αὐτὰρ κεῖθι φιλήσεαι οἷά κ' ἔχωμεν.
Ὣς ἄρα φωνήσας οἱ ἐδέξατο χάλκεον ἔγχος,
Καὶ τόδ' ἐπ' ἰκριόφιν πάυσεν νεὸς ἀμφιελίσσης·
Ἂν δὲ ἧ αὐτὸς νηὸς ἐβήσατο πουποπόρῳο.
Ἐν πρύμνῃ δ' ἄρ' ἕπετα καθέζετο· πὰρ δέ οἱ αὐτῷ
Εἷσε Θεοκλύμενον· τοὶ δὲ πρυμνήσι' ἔλυσαν.
Τηλέμαχος δ' ἑτάροισιν ἐποτρύνας ἐκέλευσεν
Ὅπλων ἅπτεσθαι. τοὶ δ' ἐσυμένως ἐπίθοντο.
Ἱστὸν δ' ἐλάπνον κοίλης ἔντοσθε μεσόδμης
Σῶσαν ἀείροντες· κατὰ δὲ προτόνοισιν ἔδησαν.
Ἕλκον δ' ἱστία λευκὰ εὐστρέπτοισι βοεῦσι.
Τοῖσιν δ' ἴκμενον ἆερ ἵει γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Λάβρον ἐπαιγίζοντα δι' αἰθέρος, ὄφρα τάχιστα
Νηὺς ἀνύσειε θέουσα θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.
Δύσετό τ' ἠέλιος, σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί.
Ἡ δὲ Φερὰς ἐπέβαλλεν, ἐπηγομένη Διὸς ἀρῃ.

Libantem votaque facientem, velocem apud navem nigram:
Et ipſum compellans verbis volucribus alloquebatur:
O amice, quoniam te ſacrificantem invenio hoc in loco,
Oro per ſacrificia & deum, at deinde *per*
Tuumque ipſius caput & ſocios qui te ſequuntur
Dic mihi interroganti vera, neque occultes.
Quis? unde es gentium? ubi tibi urbs & parentes?
Hunc autem Telemachus prudens contra allocutus eſt:
Enimvero tibi ego hoſpes admodum indubitate dicam.
Ex Ithaca genere ſum, pater autem mihi eſt Ulyſſes,
Si quando erat: nunc autem jam interiit triſti morte.
Propterea nunc ſociiſque ſumptis & navi nigra,
Veni interrogaturus de patre diu abſente.
Hunc autem rurſus allocutus eſt Theoclymenus divinus:
Sic tibi & ego ex patria, viro interfecto
Tribule: multi autem fratreſque ſodaleſque
Argos per equipaſcuum, multum autem pollent Achivi:
Horum fugiens mortem & Parcam nigram
Exulo: poſtquam mihi fatale eſt inter homines vagari.
Sed me navi impone, poſtquam tibi exul ſupplicavi,
Ne me interficiant: perſequi enim *eos me* puto,
Hunc autem rurſus Telemachus prudens contra alloquebatur:
Non quidem te volentem pellam ab nave æquabili:
Sed ſequere, at illic amanter tractaberis *talibus* qualia habemus.
Sic locutus *ab* eo accepit æream lanceam,
Et hanc ſuper tabulata extendit navis utrinque vertibilis.
Ipſe quoque navem pontigradam aſcendit,
In puppi autem poſtea ſedit; apud autem ſeipſum
Sedere fecit Theoclymenum: illi autem funes ſolverunt.
Telemachus autem ſocios incitans juſſit
Arma tangere. hi autem ſtudioſe obediverunt.
Malum autem abiegnum concavam intra baſim
Statuerunt erigentes, funibuſque colligarunt.
Traxeruntque vela alba bene tortis loris.
His autem ſecundum ventum mittebat cæſia Minerva,
Vehementem vi incurſantem per aerem, ut velociſſime
Navis expediret currens maris ſalſam aquam.
Occidit autem ſol, obſcuratæque ſunt omnes viæ.
Illaque Pheras appulit, impulſa Jovis vento:

Et

Ἠδὲ παρ' Ἠλίδα δῖαν, ὅθι κρατέουσιν Ἐπειοί.
Ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπρέπει δοιῇσιν,
Ὁρμαίνων ἢ κεν θανάτου φύγοι, ἢ κεν ἁλώῃ.
Τὼ δ' αὖτ' ἐν κλισίῃ Ὀδυσεὺς καὶ δῖος ὑφορβὸς
Δορπείτην· παρὰ δὲ σφιν ἐδόρπεον ἀνέρες ἄλλοι.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο,
Τοῖς Ὀδυσεὺς μετέειπε, συβώτεω πειρητίζων,
Εἴ μιν ἔτ' εὐδυκέως φιλέοι, μένοι τε κελεύοι
Αὐτοῦ ἐν ἑσάμῳ, ἢ ὀτρύνοι πόλινδε.
Κέκλυθι νῦν Εὔμαιε, καὶ ἄλλοι πάντες ἑταῖροι.
Ἠῶθεν προπάροιθε λιλαίομαι ἀπονέεσθαι
Πτωχεύσων, ἵνα μή σε καπατρύχω καὶ ἑταίρους.
Ἀλλὰ μοι ὑποθὴ δὸς καὶ ἄμμι ἡγεμόνα ἐσθλὸν ὄπασσον,
Ὅς κέ με κεῖσ' ἀγάγῃ. κατὰ δὲ πτόλιν αὐτὸς ἀνάγκη
Πλάζεσθαι, ἤν κέν τις κοτύλην καὶ πύρνον ὀρέξῃ.
Καί κ' ἐλθὼν πρὸς δώματ' Ὀδυσῆος θείοιο,
Ἀγγελίην ἐποίμι περίφρονι Πηνελοπείῃ·
Καί κεν μνηστῆρσιν ὑπερφιάλοισι μιγείην,
Εἴ μοι δεῖπνον δοῖεν, ὁπηδεπα μυθὸν ἔχοντες.
Αἶψά κεν ἐξ δρώοιμι μετὰ φρεσίν ὅ, τιν θέλοιεν.
Ἐκ γάρ τοι ἐρέω, σὺ δὲ σύνθεο, καὶ μάλ' ἄκουσον,
Ἑρμείαο ἔκητι διακτόρου, ὅς ῥά τε πάντων
Ἀνθρώπων ἔργοισι χάριν καὶ κῦδος ὀπάζει·
Δρηστοσύνῃ οὐκ ἄν μοι ἐείσειεν βροτὸς ἄλλος,
Πῦρ τ' ἐξ νηῆσαι, διά τε ξύλα δαιὰ κεάσσαι,
Δαιτρεῦσαί τε καὶ ὀπτῆσαι καὶ οἰνοχοῆσαι·
Οἷά τε δοῦλοις ἀγαθοῖσι παραδρώωσι χέρηες.
Τὸν δὲ μέγ' ὀχθήσας προσέφης Εὔμαιε συβῶτα,
Ὦ μοι ξεῖνε, τίη τοι ἐνὶ φρεσὶ τῆτο νόημα
Ἔπλετο; ἢ σύ γε πάγχυ λιλαίεαι ὥπτ' ὀλέσθαι;
Εἰ δὴ μνηστῆρων ἐθέλεις καταδῦναι ὁμιλον,
Τῶν ὕβρις τε βίη τε σιδήρεον οὐρανὸν ἵκει.
Οὔ τοι τοιοίδ' εἰσὶν ὑποδρηστῆρες ἐκείνων,
Ἀλλὰ νέοι χλαίνας καὶ ἐμεῖσι ἠδὲ χιτῶνας,
Αἰεὶ δὲ λιπαροὶ κεφαλὰς καὶ καλὰ πρόσωπα,
Οἳ σφιν ὑποδρώωσιν· εὔξεστοι δὲ τράπεζαι
Σῖτα καὶ κρειῶν ἠδ' οἴνα βεβρίθασιν.
Ἀλλὰ μέν· ἐνθάδε γάρ τις ἔτι ἀνίατα παρεόντα,
Οὔτ' ἐγώ, οὔτέ τις ἄλλος ἑταίρων οἳ μοι ἔασιν.

Αὖ

Et apud Elidem divinam, ubi dominantur Epei.
Hinc autem rursus insulis immisit acutis,
Solicitus an mortem fugeret, an caperetur.
Hi autem contra in casa Ulysses & divinus subulcus
Cœnabant: apud autem ipsos cœnabant viri alii.
At postquam potus & cibi amorem emiserunt,
Interea Ulysses sermonem occepit, subulcum tentans,
Si ipsum adhuc studiose curaret, manereque juberet
Illic in stabulo, an hortetur *ut eat* in urbem:
Audi nunc Eumæe, cæterique omnes socii.
Mane ad urbem cupio ire
Mendicaturus, ut ne te comedam & socios, *i. e. vestra omnia*.
Sed mihi bene consule, & simul ductorem bonum præbe,
Qui me illuc ducat: per autem urbem ipse necessitate
Vagabor, si quis poculum & panem porrigat.
Et profectus ad domos Ulyssis divini,
Nuncium dicerem prudenti Penelopæ:
Et procis superbis me immiscerem,
Si mihi prandium dent, dapes plurimas habentes.
Statim bene perficerem inter ipsos quidquid volent.
Etenim tibi dicam, tu autem attende, & me audi,
Mercurii voluntate internuncii, qui omnium
Hominum operibus gratiam & gloriam præbet:
Strenuitate non mihi certarit homo alius,
Ignemque bene cumulando siccaque ligna diffindendo,
Coquumque agendo & assando & vinum infundendo:
Qualia bonis præstant deteriores.
Hunc autem valde indignatus alloquebaris Eumæe subulce:
Hei mihi hospes, cur tibi in præcordiis istud consilium
Fuit? tune omnino cupis illic perire?
Si nempe procorum vis ingredi turbam,
Quorum contumelia & violentia ad ferreum cælum pervenit.
Non tibi tales sunt ministri illorum,
Sed juvenes lænas bene induti & tunicas,
Semper autem nitidi capitibus & pulchris vultibus,
Qui ipsis administrant: bene politæ autem mensæ
Pane & carnibus & vino oneratæ sunt.
Sed mane. non enim quisquam te ægre fert præsentem,
Neque ego, neque quisquam alius sociorum qui mihi sunt.

Αὐτὰρ ἐπὴν ἐλθησιν Ὀδυσσῆος φίλος υἱὸς,
Καινός σε χλαῖναν τε χιτῶνά τε εἵματα ἕσσει,
Πέμψει δ' ὅππη σε κραδίη θυμός τε κελεύει.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς,
Αἶψ' ὥσπ Εὔμαιε φίλος Διὶ πατρὶ γενέσθω
Ὡς ἐμοὶ, ὅττί μ' ἔπασσας ἄλης ἔτ' ὀίζύος αἰνῆς.
Πλαγκτοσυνῆς δ' οὐκ ἔστι κακώτερον ἄλλο βροτοῖσιν.
Ἀλλ' ἕνεκ' ἀλομένης γαστρὸς κακὰ κηδέ' ἔχουσιν
Ἀνέρες, ὅν κεν ἵκηται ἄλη καὶ πῆμα καὶ ἄλγος.
Νῶϊ δ' ἐπεὶ ἰχανάας, μεῖναί τέ με κέλευαι,
Εἰπ' ἄγε μοι περὶ μητρὸς Ὀδυσσῆος θείοιο,
Πατρός θ' ὃν κατέλειπεν ἰὼν ἐπὶ γήραος οὐδῷ,
Εἰπὲ ἔτι ζώουσιν ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο,
Ἦ ἤδη τεθνᾶσι, καὶ ἐν ἀίδαο δόμοισι.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε συβώτης ὄρχαμος ἀνδρῶν,
Τοιγὰρ ἐγώ τοι ξεῖνε μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω.
Λαέρτης μὲν ἔτι ζώει, Διὶ δ' ὄμπνια αἰεὶ
Θυμὸν ἀπὸ μελέων φθίσθαι οἷς ἐν μεγάροισιν.
Ἐκπάγλως γὰρ παιδὸς ὀδύρεται οἰχομένοιο,
Κερδίμης τ' ἀλόχοιο δαίφρονός, ἥ ἑ μάλιστα
Ἤκαχ' ἀποφθιμένη, καὶ ἐν ὠμῷ γήραϊ δῦκεν.
Ἦδ' ἄχεϊ ἔ παιδὸς ἀπέφθιτο κυδαλίμοιο.
Λάφαλέῳ θανάτῳ· ὡς μὴ θαίοι ὅστις ἐμοιγε
Ἐνθάδε ναιετάων φίλῳ ἔπι καὶ φίλα ἔρδοι.
Ὄφρα μὲν ἂν δὴ κεῖνη ἔῳ, ἀχέουσά περ ἔμπης,
Τόφρα τί μοι φίλον ἔσκε μεταλλῆσαι καὶ ἐρέσθαι,
Οὔνεκά μ' αὐτὴ θρέψεν ἅμα Κτιμένῃ πανυπέπλῳ
Θυγατέρ' ἰφθίμην, τὴν ὁπλοτάτην τέκε παίδων·
Τῇ ὁμᾶ ἐτρεφόμην, ὀλίγον δέ τι μ' ἧσσον ἐτίμα.
Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἤβην πολυήρατον ἱκόμεθ' ἄμφω,
Τὴν μὲν ἔπειτα Σάμηνδ' ἔδοσαν, καὶ μυρί' ἔλοντο.
Αὐτὰρ ἐμὲ χλαῖναν τε χιτῶνά τε εἵματ' ἐκεῖνη
Καλὰ μάλ' ἀμφιέσασα, ποσὶν δ' ὑποδήματα δῦσα,
Ἀγρόνδε προΐαλλε· φίλει δέ με κηρόθι μᾶλλον.
Νῦν δ' ἤδη πάντων ἐπιδεύομαι. ἀλλά μοι αὐτῷ
Ἔργον ἀέξουσιν μάκαρες θεοὶ ᾧ ἐπιμίμνω.
Τῶν ἐφαγόν τ' ἔπιόν τε, καὶ ἀνδρὶ δόσαν ἔδωκα.
Ἐκ δ' ἄρα δεσποίνης ἀμείλιχόν ἐστιν ἀκοῦσαι
Οὔτ' ἔπος, οὔτε τι ἔργον, ἐπεὶ κακὸν ἔμπεσεν οἴκῳ,

375 Ἀν-

At poſtquam venerit Ulyſſis dilectus filius
Ille te lænaque tunicaque veſtibus induet.
Mittetque quo te cor animuſque jubet.
Huic autem reſpondit poſtea multa patiens dius Ulyſſes:
Utinam ſic Eumæe dilectus Jovi patri ſis
Uti mihi, quod me quietum reddidiſti ab errore & ærumna gravi.
Vagatione enim non eſt pejus aliud hominibus.
Sed propter perditum ventrem malas curas habent
Viri, *ſi* quidem invadis malum vagandi & labes & dolor.
Nunc autem quoniam detines, manereque me illum *talem* jubes,
Dic age mihi de matre Ulyſſis divini,
Patreque quem reliquit iens in ſenectutis limine,
Si forte adhuc vivunt ſub lumine ſolis,
An jam mortui ſunt, & in Ditis domibus.
Hunc autem rurſus allocutus eſt ſubulcus princeps virorum:
Enimvero ego tibi hoſpes perquam indubitate dicam:
Laertes quidem adhuc vivit, Jovi autem ſupplicat ſemper
Ut anima *ſibi* a membris pereat ſuis in domibus.
Terribiliter enim *propter* filium dolet abſentem,
Nuptamque uxorem prudentem, quæ ipſum maxime
Triſtitia affecit pereundo, & in cruda ſenectute poſuit.
Quæ dolore ſui filii periit glorioſi,
Triſti morte: ſic ne moriatur quicunque mihi
Hic habitans amicus ſit & amica faciat.
Nempe quandiu quidem illa erat, dolens licet,
Tamdiu aliquid mihi jucundum erat ſciſcitari & interrogare,
Quoniam me ipſa nutrivit una cum Ctimena ſtolata
Filia eximia, quam poſtremam peperit natorum:
Cum hac ſimul nutritus ſum, paulo autem me minus honorabat.
At poſtquam *ad* pubertatem optatiſſimam venimus ambo,
Hanc quidem poſtea in Samum *nuptum* dederunt, & infinita acceperunt.
At me lænaqua tunicaque veſtibus illa
Pulchris admodum induens, pedibuſque calceos dans,
Ad agrum miſit: diligebat autem me corde magis.
Nunc autem jam his indigeo. imo mihi ipſi
Opus augent beati dii cui incumbo.
Ex his autem comedi bibique, & venerandis *hoſpitibus* dedi.
Ex autem domina haud mite *ullum* licet audire
Neque verbum, neque opus; quoniam malum incidit domui,

Ἄνδρες ὑπερφίαλοι· μέγα δὲ δμῶες χατέουσιν
Ἀναΐα δεσποίνης φάσθαι, ἢ ἔκαστα πυθέσθαι.
Καὶ φαγέμεν, πίεμέν τε· ἔπειτα δὲ ἢ τι φέρεσθαι
Ἀγρόνδ', οἷά τε θυμὸν ἀεὶ δμώεσιν ἰάνει.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς,
Ὦ πόποι, ὡς ἄρα τυνδὸς ἐὼν Εὔμαιε συβώτα,
Ποσσὸν ἀπεπλάγχθης σῆς πατρίδος ἠδὲ τοκήων.
Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
Ἦ ἐ διεπράθετο πτόλις ἀνδρῶν εὐρυάγυια,
Ἦ ἔνι ναιετάασκε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ·
Ἦ σέ γε μνηνθέντα παρ' οἰέσιν ἢ παρὰ βουσὶν
Ἄνδρες δυσμενέες νηυσὶν λάβον, ἠδ' ἐπέρασαν
Τῷδ' ἀνδρὸς πρὸς δῶμα, ὁ δ' ἄξιον ὧνον ἔδωκεν.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε συβώτης ὄρχαμος ἀνδρῶν,
Ξεῖνε, ἐπεὶ ἄρ δὴ ταῦτά μ' ἀνείρεαι ἠδὲ μεταλλᾷς,
Σιγῇ νῦν ξυνίει καὶ τέρπεο, πῖνέ τε οἶνον
Ἥμενος· αὐδὲ δὲ νύκτες ἀθέσφατοι· ἔστι μὲν ὕδειν,
Ἔστι δὲ τερπομένοισιν ἀκουέμεν· οὐδέ τί σε χρὴ
Πρὶν ὥρη κατακεῖσθαι· ἀνίη καὶ πολὺς ὕπνος.
Τῶν δ' ἄλλων ὅπνα κραδίη καὶ θυμὸς ἀνώγει,
Εὐδέμεν ἐξελθών· ἅμα δ' ἠοῖ φαινομένῃφι
Δειπνήσας, ἅμ' ὑεσσιν ἀνακτορίῃσιν ἑπέσθω.
Νῶϊ δ' ἐνὶ κλισίῃ πίνοντέ τε δαινυμένώ τε,
Κήδεσιν ἀλλήλων τερπώμεθα λωβητῆρσι
Μνωομένω. μετὰ γάρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνὴρ
Ὅστις δὴ μάλα πολλὰ πάθῃ καὶ πόλλ' ἐπαλήθῃ.
Τῶν δέ τοι ἐρέω ὅ μ' ἀνείρεαι ἠδὲ μεταλλᾷς.
Νῆσός τις Συρίη κικλήσκεται, (ἔπτα ἀκάμας)
Ὑπερτυγίης καθύπερθεν, ὅθι τροπαὶ ἠελίοιο.
Οὔτι περιπλήθὴς λίην τόσον· ἀλλ' ἀγαθὴ μὲν,
Εὔβοτος, βώμηλος, οἰνοπληθὴς, πολύπυρος·
Πείνη δ' οὔποτε δῆμον ἐσέρχεται, οὐδέ τις ἄλλη
Νοῦσος ἐπὶ συγερὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν·
Ἀλλ' ὅτε γηράσκωσι πόλιν κατὰ φῦλ' ἀνδρώπων,
Ἐλθὼν ἀργυρότοξος Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξυὶ,
Οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνεν.
Ἔνθα δύω πόλιες, δίχα δέ σφισι πάντα δέδασται·
Τῇσιν δ' ἀμφοτέρῃσι πατὴρ ἐμὸς ἐμβασίλευε
Κτήσιος Ὀρμενίδης, ἐπιείκελος ἀθανάτοισιν.

Ἐγ-

Viri insolentes: valde autem famuli indigent
Coram domina dicere, & singula interrogare:
Et comedere bibereque: deinde & aliquid portare
Ad agrum, qualia animum semper famulis lætificant.
Hunc autem respondens alloquebatur sapiens Ulysses.
Papæ, sic parvulus Eumæe subulce,
Multum jactatus es seorsim a tua patria & parentibus.
Sed age mihi hoc dic & vere narra,
An vastata est urbs virorum lata viis,
In qua habitabat pater & alma mater:
An te solum relictum apud oves vel apud boves
Viri inimici navibus acceperunt, & vendiderunt translatum
Hujus viri ad domos, qui dignum pretium dedit.
Hunc autem rursus alloquebatur subulcus princeps virorum.
Hospes, quoniam jam hæc me interrogas & inquiris,
Silentio nunc percipe & delectare, bibeque vinum
Sedens. hæ autem noctes magnæ: licet & dormire,
Licet etiam se oblectantibus auscultare. neque te oportet
Ante horam dormire. molestia est etiam multus somnus.
Horum autem aliorum quemcunque cor & animus jubet,
Dormiat egressus: simul autem *cum* aurora apparente
Pransus, simul sues heriles sequatur.
Nos autem in casa bibentesque comedentesque,
Doloribus alter alterius delectemur tristibus,
Recordantes. inter enim dolores etiam delectatur vir
Qui scilicet valde multa passus fuerit & vagatus:
Hoc autem tibi dicam quod me interrogas & inquiris.
Insula quædam Syria vocatur, (si forte audisti)
Ortygiam supra, ubi conversiones solis *ad obitum*.
Non ingens usque adeo, sed bona quidem,
Fertilis boum, fertilis ovium, vino plena, frumento abundans:
Fames autem nunquam populum invadit, neque aliquis alius
Morbus odiosus existit miseris hominibus:
